

9343





Philosophia

Introductio ad Philosophiam.

Antequam sacra Philosofiæ adita subeamus, quædam sunt præmittendæ [...]tiones ad ipsius intelligentiam necessariæ,
Quæritur primo, quid sit definitio.
Ut huic quæstioni respondeatur, sciendum est quid sit res, quid essentia.
Res est id quod existit aut quod existere potest.
Essentia est id quo res constituitur in suo esse, seu id quo talis efficitur et nominatur.
Res autem constituitur in suo esse per sua attributa primaria, quæ vocantur [...] principia constitutiva et hæc duo sunt, Genus et Differentia.
Genus est attributum, quo res convenit cum aliis rebus. V. G. Animal est genus hominis quia per hoc convenit cum aliis rebus quæ animalitatem participant.
Genus autem duplex est proximum et remotum.
Genus proximum est attributum, per quod res convenit cum aliis rebus sed quæ fieri potest numero paucioribus.
Genus remotum est attributum, per quod res convenit cum aliis rebus, sed nonqu[...] fieri potest numero paucioribus. v. g. si circulum definirem, et dicerem, circulus est figura rotunda, figura esset genus proximum, quia per hoc conveniret tantum cum his rebus quæ sunt figuræ. Si autem dicerem, circulus est substantia, definirem per genus remotum quia per hanc vocem substantia, circulus conveniret cum pluribus aliis rebus quam per hanc vocem, figura.
Genus iterum dividitur in supremum, infimum, et subalternum.
Genus supremum est illud, quo non datur universalius, v. g. tale est Ens.
Genus infimum est illud, quo non datur minus universale. tale est Animal.
Genus subalternum est illud, quo datur universalius et minus universale, tale est [sub]stantia.
Differentia est attributum, quo res distinguitur ab aliis rebus, duplex est proxima et [remo]ta.
Differentia proxima ea est per quam res distinguitur ab aliis rebus, omnibus.
Differentia remota ea est qua res distinguitur ab aliis rebus, sed non ab omnibus [...]
Si definirem circulum, v. g. figura plana et rotunda, hæc vox rotunda esset [dif]ferentia ipsius proxima, quia per eam distinguitur ab omnibus [...]

2.

Si Angelum definirem et dicerem Angelus est Spiritus creatus, illum definirem per differentiam remotam, quia etsi eum distinguerem a Deo non tamen illum distinguerem a mente humana quae est spiritus creatus,

---

De Definitione.

Definitio est oratio explicans aliquid.

Duplex est, nominis et rei.

Definitio nominis est oratio explicans quid per aliquam vocem sit intelligendum.

Definitio rei est oratio explicans naturam rei.

Duplex est, Definitio rei minus accurata, et accuratior,

Definitio minus accurata, ea est, quae naturam rei explicat per proprietates secundarias, v. g. definitio ista hominis, ens capax ridendi manducandi ambulandi &c. Esset ipsius definitio minus accurata, quia &c.

Definitio accuratior ea est quae naturam rei explicat per attributa primaria v. g. ista hominis homo est animal rationale.

Hujus definitionis quatuor sunt Leges. 1°. ut sit brevis 2° clarior re definita, 3°. constans genere proximo et differentia proxima, 4°. reciproca.

1°. debet esse clarior re definita, Nam est oratio explicans naturam rei, sed si non esset clarior re definita, non explicaret &c. quaelibet enim explicatio debet fieri a minus noto ad magis notum.

2°. debet esse brevis. Definitio est brevis, cum in ea nulli sunt termini redundantes; atqui in definitione, nulli debent esse termini redundantes. Nam definitio debet tam clare, quam potest naturam rei explicare, sed si in ea essent termini redundantes non tam clare, &c. Nam redundantia terminorum obscuritatem parit.

3°. debet esse reciproca, id est debet convenire omni et soli rei. 1°. omni. scilicet omnibus individuis quae naturam rei participant. Nam debet totam naturam rei explicare, sed si non conveniret &c. non explicaret &c. ergo 1°. debet &c. 2°. soli rei debet convenire nam definitio rei naturam explicat, sed natura rei soli rei competit, ut pote quod per eam res talis efficiatur, ergo &c.

4°. debet constare genere proximo et differentia proxima; Nam definitio debet totam et integram rei naturam explicare, atqui ut totam &c. debet &c. constare &c. Nam ut totam, &c. debet omnes rei proprietates evolvere; atqui ut evolvat omnes rei proprietates &c. debet constare &c. Nam inter has proprietates aliae sunt caeteris rebus communes aliae soli rei propriae; cum evolvit proprietates caeteris rebus communes, hoc fit per genus proximum cum proprietates soli rei proprias enucleat, tunc est differentia proxima, ergo

---

De Divisione,

Divisio est distributio totius in suas partes.

Duplex est totum; totum actuale et totum potentiale. totum potentiale est illud quod sub se continet suas partes, sic v. g. substantia quæ continet sub se spiritum et corpus. totum actuale est illud quod in se suas partes continet, sic arbor continet in se truncum et ramos.

Partes totius actualis duplicis sunt generis; aliæ sunt Essentiales, aliæ integrantes. Partes essentiales sunt illæ, sine quibus res nec esse nec concipi potest Sic corpus et anima sunt partes hominis essentiales, quia sine illis &c.

Partes integrantes sunt eæ sine quibus res esse et concipi potest sed non integra: sic pedes et brachia sunt partes hominis integrantes.

Divisio totius actualis vocatur partitio, divisio autem totius potentialis nomen divisionis retinet.

Quatuor sunt Regulæ divisionis. 1ª. divisio sit adequata, id est ut membra divisionis illud omne contineant quod in toto continetur. contra hanc regulam peccaret hæc divisio: substantia est vel angelus vel homo, quia præter Angelos et homines aliæ sunt substantiæ. 2ª. Ut membra divisionis sint opposita, id est ut unum non includatur in altero. contra hanc regulam peccaret hæc divisio; substantia est vel spiritus vel angelus, quia primum membrum continetur in altero, omnis enim angelus est spiritus. 3ª. ut membra divisionis sint immediata, id est ut membra divisionis, immediate cadant in totum. non vero in ejus partes, contra hanc regulam peccaret hæc divisio substantia est: vel deus vel angelus, vel animal, quia substantia debet prima dividi in materialem et spiritualem, 4ª. ut membra divisionis plura non sint, ad vitandam confusionem.

De quibusdam terminis in Philosophia usitatis

Nomen est vox significans substantiam aut modum substantiæ. Ens est id quod existit aut existere potest.

Substantia est id quod per se subsistit, id est quod non indiget in ~~te~~ hærere alteri ut existat: v. g. deus, homo, angelus.

Modus est illud quod indiget in hærere alteri ut existat: ~~dus parte~~ v. g. albedo respectu parietis.

Terminus seu nomen idem sonat, et ideo terminus vocatur quia propositionem absque terminat.

Terminus alius Et substantivus, alius est adjectivus. Terminus substantivus est ille qui significat rem per se subsistentem v. g. homo.

Terminus Adjectivus est ille qui significat rem tali modo affectam, v. g. sapiens, doctus, Albus.

Terminus alius concretus Alius, Alius abstractus. Terminus concretus ille est qui rem et formam significat, v. g. homo qui significat ~~qui significat~~ subjectum habens humanitatem.

Terminus abstractus ille est qui vel formam tantum significet. v. g. humanitas.

Terminus Alius singularis Alius particularis alius universalis. singularis ille est qui unum determinate significat v. g. petrus, Particularis ille qui aliquid indeterminate significat v. g. Aliquis. Universalis ille est qui omnibus convenit, v. g. omnis

Terminus alius est collectivus alius distributivus, Terminus collectivus ille est qui omnibus convenit simul sumptis, v. g. exercitus. distributivus qui singulis par=tibus sigillatim sumptis convenit, v. g. miles.

Terminus alius univocus, alius equivocus. v g. alius analogus. Univocus ille est qui de pluribus dicitur v. g. secundum eandem significationem, v. g. homo dicitur de Petro et paulo secundum eundem sensum. Equivocus ille est qui de pluribus dicitur secundum diversam significationem, v. g. taurus dicitur de quadrupede et de constellatione, sed sensu diverso. Analogus ille est qui de pluribus dicitur partim secundum eandem, partim secundum diversam significationem. v. g. pes dicitur de homine, de monte, ad significandam utriusque extremitatem.

De Causis

Causa est id unde aliquid fit.

Multiplex est, efficiens, finalis, materialis, formalis.

Causa efficiens est principium influens esse in aliud. primo dicitur principium, quia continet in se rationem cur effectus producitur. 2°. dicitur influens esse, idest, existentiam in aliud, a se distinctum, natura, unde principium et causa a se differunt, in eo quod causa producat effectum a se natura distinctum, ut. v. g. pater inter homines, est causa filii, cujus natura est numero distincta, a natura patris; Principium vero producat effectum qui non sit natura distinctus, ut v. g. pater in divinis est principium filii, ejus dem naturæ cum ipso, cujus non potest dici causa. unde principium minus patet late quam causa, siquidem omnis causa est principium et non vice versa omne principium est causa,

Causa efficiens dividitur in physicam moralem et occasionalem.

Causa physica ea est quæ per se producit effectum. v. g. qui manu propria hominem occidit dicitur causa physica ipsius mortis.

Causa moralis ea est, quæ non per se sed per alium effectum producit. v. g. qui alteri ~~suadet~~ suadet aut imperat ut ~~et~~ aliquem occidat dicitur causa moralis ipsius mortis,.

Causa occasionalis ea est quæ occasionem præbet propter quam effectus producitur. v. g. nix inter duos ~~sunt~~ est causa occasionalis pugnæ.

Causa alia est primaria alia secundaria, primaria seu subordinans ea est quæ a nulla alia pendet ut effectum producat. v. g. deus, Secundaria seu subordinata ea est quæ ab alia pendet v. g. creatura.

Causa alia est principalis alia instrumentalis, Principalis seu immediata ea est quæ propria virtute effectum producit. instrumentalis, seu mediata ea est quæ interventu alterius effectum producit.

Causa alia est universalis, alia particularis, universalis ea est quæ omnes effectus producit particularis quæ quosdam tantum.

Causa materialis seu materia triplex est. materia ex qua aliquid fit, et hæc nomen materiæ retinet. materia in qua aliquid recipitur, et hæc dicitur subjectum, et materia circa quam aliquid versatur; et hæc dicitur objectum,

Materia ex qua duplex est, eductionis et compositionis, materia eductionis ea est ex qua aliquid educitur v. g. cera ex qua fingitur imago, materia compositionis ea est ex qua aliquid componitur v. g. lapides et ligna sunt ex qua domus componitur.

Materia in qua seu subjectum triplex est, informationis, inhesionis et denominationis. Subjectum informationis, illud est in quo recipitur forma, quæ sit vera substantia v.g. corpus humanum respectu animæ. Subjectum inhæsionis illud est in quo recipitur modus v.g. paries respectu albedinis. Subjectum denominationis illud est in quo recipitur forma a quâ nomen suum trahit, v.g. Philosophus a Philosophia.
Materia circa quam seu objectum, triplex est materiale formale, adæquatum. objectum materiale illud est quod primariò et immediatè attingitur formale est ratio specialis sub qua disiplina objectum suum materiale considerat. adæquatum illud est quod ex materiali et formali simul sumptis coalescit. v.g. corpus humanum est objectum materiale medicinæ, sanabilitas est ipsius objectum formale et corpus humanum quatenus sanandum est ipsius objectum adæquatum.
Causa formalis seu forma, est dispositio materiæ.
Causa finalis seu finis ea est propter quam aliquid fit, finis autem duplex, finis qui et finis cui, finis qui est illud bonum quod intenditur, v.g. sanitas est finis qui medicinæ, finis cui, est persona in cujus commodum vergit effectus. v. g. ægrotus est finis cui medicinæ,

AXIOMA PRIMUM.

Causa prior est effectu.
Causa enim influit existentiam in effectum, sed prius est esse quam influere, ergo. Nota causam posse sumi materialiter et formaliter. Causa materialiter sumpta spectatur quatenus est ens aptum ad producendum. spectatur verò formaliter quatenus effectum producit 1º. sensu spectata est prior effectu. secundo vero non est prior effectu, causa enim formaliter sumpta et effectus sunt duo connexa seu relationem dicunt ad invicem, id est uno concepto aliud concipitur

Axioma Secundum

Non datur effectus sine causa.
Effectus enim est id quod producitur causa vero producens, sed non datur productum sine producente ergo &c Unde nullus effectus potest esse a nihilo tanquam a causâ, quia nihilum cum nullam habeat causalitatem et proprietatem non potest producere; pariter nullus effectus potest esse a casu fortuito, propter eandem rationem

Axioma tertium

Causa habet in se aliquo modo quod est in effectu, seu nemo dat quod non habet.
Nam quod est in effectu a causa productum est sed nisi aliquo modo contentum fuisset in causa, non potuisset &c sed fuisset a nihilo, ergo &c triplici modo aliquid haberi potest, formaliter, eminenter et virtualiter. illud habetur formaliter quod habetur secundum propriam formam v.g. cum quis habet nummum in pera. illud habetur eminenter quod excellentiori modo habetur v.g. cum quis habet nummum habet quatuor asses eminenter. illud verò habetur virtualiter cujus producendi quis vim habet, v.g. dives nummos habet virtualiter.

Axioma quartum

Quod causa causæ est causa causati. Hoc probatur exemplo avi qui cum sit causa patris filii

Propositio Prima

Unum Ens non potest esse sui causa.

Prob. Nam idem non potest esse simul et non esse; atqui si unum Ens esset sui ipsi-
us causa, idem esset simul et non esset; tunc enim idem &c. Quando unum Ens esset
simul sui prius et sui posterius; atqui si unum Ens &c. 1º esset sui prius, siquidem
esset sui causa. 2º esset sui posterius, siquidem esset sui effectus. ergo &c.

Propositio Secunda

Duo Entia non possunt esse sibi mutuo causae.

Prob. Nam idem non potest esse simul et non esse: atqui si duo Entia essent sibi mut-
o causae, idem esset simul et non esset, tunc enim idem esset et non esset, quando duo Entia essent sui simul
priora et posteriora atqui si duo entia essent sibi mutuo causae &c. 1º essent sui priora, siquidem essent sui
causae 2º essent sui posteriora siquidem essent sui effectus, ergo &c. Pari modo dici debet de tribus
quatuor, quinque Entibus, et sic de serie infinita. quelibet enim sit series, ab uno ente produci
deberet a serie, et illud Ens producens, etiam ab altero produci; semper igitur duo Entia
a essent sibi mutuo causae, unde admittenda semper est causa prima, causa, a ceteris improducta

De Diversis mentis Operationibus

Mens versari potest circa verum, vel illud cognoscendo simpliciter vel aliquid circa
ipsum asserendo aut negando. prima mentis operatio vocatur perceptio, perceptio igitur est a-
ctus mentis aliquid apprehendentis nihil de eo affirmando aut negando. si vero mens aliquid pronunciat
actus hic vocatur judicium. judicium igitur est actus mentis pronunciantis de convenientia aut discon-
venientia idearum inter se, v. g. habeo ideam dei et ideam bonitatis; eas comparo, convenientes invenio: en
perceptio. deinde pronuncio, deus est bonus. en judicium.

Judicium est vel affirmans vel negans. affirmans illud est, in quo una idea jungitur cum altera, ut
in isto deus est bonus. negans, illud est in quo una idea removetur ab altera, ut in isto deus non est
crudelis.

Judicium est vel incertum vel certum. Judicium certum illud est quod nititur motivo certo seu cum
veritate infallibiliter connexo. Incertum illud est quod motivo incerto, seu quod potest a veritate se-
jungi, nititur.

Certitudo autem generatim est rei immobilitas. triplex est certitudo: certitudo objecti, certi-
tudo motivi et certitudo subjecti. Certitudo objecti est constans est constans ipsius ad talem statum deter-
minatio. Certitudo motivi est ipsius connexio cum veritate, certitudo subjecti est adhesio mentis veritati co-
gnitae. igitur objectum est certum, quando est constanter in eodem statu: motivum est certum quando
est cum veritate infallibiliter connexum, subjectum vero est certum quando veritati cognitae potest immobiliter adhae-
rere.

Certitudo iterum dividitur in moralem Phisicam et metaphisicam.

Certitudo moralis ea est quae fundatur in communibus hominum moribus; Talis est certitudo de
existentia Romae. Certitudo Phisica ea est quae fundatur in Legibus naturae, seu quae non potest defi-
cere nisi subvertantur naturae Leges, talis est certitudo de quotidiano solis ortu, certitudo metaphisica
ea est quae fundatur in rerum essentiâ, quae ne divinitus quidem potest deficere, talis est certitudo ist-
ius propositionis totum est majus sua parte.

Mens, cum judicavit, judicium enunciare potest: oratio quâ enuntiatur dicitur propositio. igitur pro-
positio est oratio judicii interpres. in omni propositione tria sunt distinguenda nempe subje-
ctum Attributum et copula quae sunt materia propositionis. subjectum illud est de quo ali-
quid enuntiatur. attributum illud est quod enuntiatur. copula est nexus subjecti cum attri-
buto v. g. in istâ propositione Deus est omnipotens, Deus est subjectum, omnipotens est attribu-
tum; verbum est est copula. Propositio est vel singularis vel particularis, vel universalis.

Propositio singularis ea est quae cujus subjectum est terminus singularis, v. g. Petrus est doctus

Propositio particularis ea est cujus subjectum est terminus particularis. v.g. aliquis homo est doctus.
Propositio universalis ea est cujus subjectum est terminus universalis omnis homo est doctus.
Mens non solum judicat, verum etiam unum judicium infert ex altero, actus autem quo illud
eruit, vocatur discursus seu ratiocinium. igitur discursus est actus mentis quo unum judicium ~~una propositio~~
= dicium infertur ex alio. syllogismatur
[margin: una propoão.] ex alio aut pluribus aliis infertur. vocatur argumentatio. argumentatio igitur est actus mentis quo
In omni argumentatione tria sunt distinguenda. Antecedens, consequens et consequentia. Ante-
cedens est illa ex qua, alia aut aliae propositiones inferuntur, consequens illa quae infertur, con-
sequentia nexus utriusque. Duplex est potissimum argumentationis species, syllogismus et enthy-
mema. Syllogismus est argumentatio, constans tribus propositionibus, quarum prima vocatur
Major, quia continet majus extremum, seu illum terminum, qui est attributum conclusionis; 2a
vocatur minor quia continet minus extremum, seu terminum qui est subjectum conclusionis; 3a
est conclusio quae continet duo extrema. Praeter has terminos adest tertius terminus qui vocatur me-
dius quocum duo extrema comparantur, haec patent in isto syllogismo.
Summum bonum est amandum;
Atqui deus est summum bonum: ergo deus est amandus.
Amandum est majus extremum, deus est minus extremum; et summum bonum est medius
terminus.
Cum autem debeant duo extrema cum medio termino comparari, requiritur ut medius termi-
nus, reperiatur in majore et in minore, quae alio nomine vocantur praemissae, unde tres
tantum debent esse termini in syllogismo. nempe duo extrema et medius terminus quo-
cum comparentur. Notandum magnum esse discrimen inter consequens et consequenti-
am. Consequens est ultima propositio, in se spectata; consequentia vero est nexus consequen-
tis cum praemissis, quae hac voce exprimitur, ergo. Consequens aliquando est verum et consequen-
tia falsa. ut in isto: antichristus erit homo ergo erit impius. e contrario consequentia potest
esse vera et consequens falsum, v.g. omnis homo est lapis ergo Petrus est lapis.
Notandum est quod si aliquando distinguenda sit ultima propositio in argumentando, consequens
distinguitur non vero consequentia, et conceditur consequentia eo sensu quo consequens
bene infertur, et altero sensu negatur.
est secunda species argumentationis quae vocatur enthymema, et constat duabus propositionibus
quarum prima antecedens, et secunda consequens. v.g. deus est summum bonum ergo est
amandus; haec argumentationis species vocatur syllogismus truncatus, quia deest altera
praemissarum, et ut perfectus efficiatur, addenda est propositio subaudita., in omni syllogi-
smo 2o. sunt distinguenda, materia et forma; Materia syllogismi est id ex quo constat: duplex est proxima et
remota, materia proxima syllogismi sunt propositiones ex quibus constat; remota sunt termini ex quibus con-
stant propositiones. forma syllogismi, est ejus materiae dispositio; pariter duplex est proxima et remota. forma
proxima syllogismi est dispositio propositionum apta ad concludendum, et haec vocatur modus
syllogismi, forma remota syllogismi est dispositio medii termini cum duobus extremis apta ad conclu-
dendum, et haec vocatur figura syllogismi.
Regulae syllogismorum, funduntur potissimum his duobus principiis 1o. quae sunt eadem uni tertio sunt
eadem inter se, 2o. si ex duobus unum conveniat cum uno tertio et alterum non conveniat cum eo-
dem tertio sequitur ea non convenire inter se. Unde si 2o. extrema in praemissis conveniant cum
medio termino, debent convenire inter se in conclusione, et tunc conclusio erit affirmans, si vero
unum extremum conveniat cum medio termino et altero disconveniat, in quo casu una praemissa erit
affirmans et altera negans, disconvenient inter se in conclusione, quae tunc erit negans, si vero 2o.
extrema disconveniant cum medio termino, in quo casu duae praemissae erunt negantes, nulla tunc pote-
rit erui conclusio.
Mens cum judicavit cum varia judicia ex aliis eduxit si ea disponat modo apto ad veritatem
inveniendam, haec operatio vocatur methodus. igitur methodus est mentis operatio quae varia

 Perceptiones, varia judicia, varia que ratiocinia eo disponit modo quo possit veritatem inve=
nire, Aliis que demonstrare, — — — — — — —

Prolegomena Philosophiæ,

Tria erunt capita; 1mum De naturâ Philosophiæ. 2um. De illius exi=
stentia. 3um. De singulis ejus partibus

Caput Primum.

De Natura Philosophiæ.

Philosophia spectari potest vel quoad nomen vel quoad rem. Phi=
losophia spectata quoad nomen est amor sapientiæ,

Circa philosophiam quoad rem spectatam, dissentiunt inter se Philosophi: varii variam af=
ferunt de ejus naturâ definitionem. his omnibus neclectis nostram adstruemus, premissis tamen quibusdam
notionibus ad ejus intelligentiam necessariis,

Cognitio seu quod opponitur ignorationi, duplex est: alia intuitiva, alia discursiva, cognitio intuitiva
ea est quæ primo intuitu aquiritur, et sine ullo ratiocinio. Cognitio discursiva ea est quæ aquiritur ope
discursus et hæc vocatur scientia,

Scientia duplex, est speculativa et practica. speculativa ea est quæ conquiescit in contemplatione sui
objecti et nihil circa illud operatur Scientia practica ea est quæ operatur circa objectum suum vel in
illud efficiendo, vel illud dirigendo.

Scientia practica adhuc duplex est, prudentia et ars. prudentia est cognitio, regularum
quibus actio dirigitur ad honestatem. ejus objectum sunt actiones morales, actio moralis
autem est in quâ potius intentio quàm industria consideratur. Ars est cognitio regularum quibus effe=
ctio dirigitur effectio autem est operatio in quâ industria consideratur plus quàm intentio.

Scientia est vel actualis vel habitualis. Scientia actualis est actualis cognitio ope discursus aquisita
Habitualis autem, ope discursus aquisita. habitualis autem est habitus, rei demonstrativus. 1mo dicitur
habitus seu facilitas usu et exercitio comparata. 2o. dicitur rei demonstrativus, demonstratio autem est probatio
rei per relationes certas et incontussas, his positis sit

Propositio

Philosophia accurate definitur, scientia rerum, lumine naturali cognoscibilium
Prob. illa definitio est accurata, quæ pollet omnibus conditionibus ad legitam defini=
tionem requisitis. adqui ista definitio pollet &c. Nam quatuor sunt conditiones ad legitima=
m definitionem requisitæ, 1a. ut sit clara. 2o. brevis, 3o. constans genere proximo et differentia proxima
4o. reciproca. adqui hæc omnibus pollet conditionibus; hæc definitio 1o. quidem est clara. clara enim est definitio
in quâ nulli sunt termini æquivoci; ad qui in ista definitione nulli sunt &c. in ea enim nulli sunt &c. in qua nullus
est terminus, qui non sit usitatus, et cuique obvius, adqui in ea nullus est &c. ut patet, ergo 1o. &c. 2o. est bre=
vis. brevis est enim definitio in qua nulli sunt termini redundantes adqui in ista definitione, nulli
sunt &c. in ea enim nulli sunt &c in quâ si unus terminus tolleretur vel sensus tollere=
tur aut saltem immutaretur. adqui si unus &c. ergo 2o. &c. 3o. constat genere proxi=
mo et differentia proxima. 1o. quidem genere proximo. nam genus proximum est attri=
butum per quod res convenit cum aliis sed quam fieri potest numero paucioribus

adqui in ista definitione, reperitur attributum per quod Philosophia &c.
nam in eâ repetur hæc vox scientia, adqui per hanc vocem scientia Philosophia
convenit cum aliis rebus &c. scilicet convenit cum iis solis cognitionibus quæ ope
discursus acquiruntur, ergo 1.º constat genere proximo &c.
Et certe vel hæc vox scientia est genus proximum Philosophiæ vel ista cognitio
adqui ista vox cognitio non est &c. illa enim non &c. per quam philosophia con
veniret cum aliis numero pluribus rebus; adqui per hanc vocem, cognitio, philo
sophia conveniret &c. scilicet conveniret adhuc cum cognitionibus instinctivis ergo &c.
2.º ista definitio constat differentia proximâ. Nam differentia proxima est attributum per
quod res distinguitur ab omnibus aliis. adqui in ista definitione reperitur attributum per quod philo
sofia &c. nam reperiuntur istæ voces, rerum naturali lumine cognoscibilium; adqui per istas voces
philosophia &c distinguitur ab aliis scientiis. sola enim tractat de rebus naturali lumine cognoscibilibus ergo &c.
2.º &c. 4.º est reciproca, reciproca enim est definitio quæ convenit omni et soli definito, adqui hæc
definitio convenit omni et soli philosophiæ 1.º convenit omni; nulla enim est pars philosophiæ
quæ non possit dici, scientia, nulla est quæ non tractet de rebus lumine naturali cognoscibilibus
ergo 1.º convenit omni. 2.º convenit soli; siquidem præter philosophiam nulla est scientia quæ trac
tet de rebus lumine naturali cognoscibilibus. ergo 1.º aliunde &c. aliunde &c. aliunde &c. obegi.
illa definitio non est admittenda quæ non convenit omnibus cognitionibus philosophiæ; sed qui hæc
definitio non convenit &c. ergo non est admittenda. nego minorem.
si enim nulla sit pars philosophiæ, quæ non tractet de rebus naturali lumine cognoscibilibus, hæc de
finitio convenit &c. adqui &c. ergo &c. prob. minorem. sint cognitiones probabilitatis; adqui
iis non convenit nostra definitio, ergo &c.
neg. min. si enim certe certe de iis discurrat philosophia ac de sele-ri, iis convenit nostra
definitio, adqui de cognitionibus probabilitatis æque certe &c adqui &c ergo &c.
prob. min. de quibuslibet cognitionibus philosophia, cum sit scientia, debet discurrere per prin
cipia certa, adqui de cognitionibus probabilitatis non potest discurrere &c. ergo, &c. neg. min. ut
enim de cognitionibus probabilitatis æque discurrat per principia certa sufficit ut conclu
siones quæ eruuntur circa cognitiones probabilitatis ex pariter principiis deducantur adqui
qui ergo. Prop. min. si per principia æque certa discurret philosophia de cognitionibus proba
bilitatis quælibet cognitio probabilitatis esset necessario vera, sed quælibet cognitio probabi
litatis non est &c. ergo &c.
neg. min. ut enim quælibet cognitio probabilitatis sit necessario vera sufficit ut vere et certe
adsit probabilitas cum adest cognitio probabilitatis; adqui semper adest probabilitas cum ad
est &c. cum enim philosophia discurrit de meris probabilitatibus, non intendit in eis veritatem
demonstrare, sed tantum probabilitatem adqui cum in eis intendit demonstrare probabilitatem
&c. ergo, Prop. min. si quælibet cognitio probabilitatis esset necessario vera quidquid est
probabile esset necessario verum, porro quidquid est probabile, non est &c. ergo &c. nego, majorem
ut cognitio probabilitatis sit necessario vera, necesse non est ut quidquid est probabile sit
necessario verum, sed sufficit ut propositio quæ enunciatur probabilis, revera sit proba
bilis licet non vera, adqui semper cognitio quæ enuntiatur &c. ergo &c.

101

Caput Secundum

De Existentia Philosophiæ,

Existit Philosophia prob. Nam Philosophia est Scientia rerum naturali lumine cogno-
scibilium, adqui existit scientia &c. ut enim existat scientia ejus modi sufficit ut existant principia
certa et ratione cognita, et ex iis possimus deducere plurimas cognitiones; adqui existunt principia
certa &c. et ex iis possumus &c. 1º quidem existunt principia certa et inconcussa, sint enim ista, totum
est majus suâ parte, idem non potest esse simul et non esse, non datur effectus sine causâ, quid-
quid percipitur est verum, quidquid sentitur est verum &c. adqui principia ista sunt certa &c. illa
enim ... quæ si in dubium revocarentur a quolibet statim ab omnibus irriderentur, et haberetur
ut insanus, et delirans mentis; adqui si illa principia &c ergo 2º ex illis principiis possumus pluri-
mas ~~deducere~~ deducere cognitiones, ex iis enim possumus &c. ex quibus eruimus conclusiones, evidentes qui-
bus ex iis principiis eruimus &c. sic ex eo quod sentiam dolorem concludo existere in me dolorem,
sic ex eo quod certus sim, de mea cogitatione, concludo me existere. sic ex eo quod existunt entia
creata concludo existere creatorem ergo &c.

Caput Tertium,

De Partibus Philosophiæ,

Philosophia spectari potest vel ratione motivi, vel ratione subjecti vel ratione objecti,
Philosophia spectata ratione motivi unica est specifice; tota enim fundatur hoc motivo
evidens ex ratione discursus. tamen variantur motiva prout variæ sunt res, de quibus judicat
hoc eodem semper fundata; scilicet sensus intimus de rebus intra nos positis, testimonium homi-
num de factis historicis; relationes sensuum, de existentiâ corporum; et evidentia pro perceptione
rerum. unde quadruplex exsurgit motivum. Philosophia ratione subjecti, spectata duplex est
Naturalis et acquisita. Philosophia naturalis est facultas a natura indita disserendi de rebus
naturali lumine cognoscibilibus Philosophia acquisita ea est quæ studio et arte comparatur,
Philosophia ratione objecti, immediate posset dividi in Metaphisicam, et phisicam,
Cum enim objectum philosophiæ sint res omnes naturali lumine cognoscibiles, cumque res
illæ sint vel incorporeæ, vel corporeæ, pars quæ tractat de rebus incorporeis vocatur
metaphisica; quæ vero tractat de rebus corporeis, phisica, cum metaphisica subdividatur
in alias partes peculiari nomine insignitas, ideo quinque numerantur philosophiæ partes
nempe Logica metaphisica moralis mathesis et phisica.
Logica tota est in dirigenda mente ad investigationem veritatis. metaphisica res a materia
secretas speculatur, de deo et ~~de~~ animâ humana presertim disserit; moralis dirigit officia
nostra sive erga deum sive erga nos sive erga alios homines. mathesis quantitatem quoad
lineas mensurandam attingit; phisica secretiora naturæ arcana penetrat et hujus orbis uni-
versitatem considerat.
Quæritur quid sit objectum philosophiæ.
Objectum triplex est materiale formale et adequatum. objectum materiale Philosophiæ
sunt res omnes naturali lumine cognoscibiles, objectum enim materiale Philosophiæ, est id quod
primario attingit philosophia, adqui philosophia attingit res omnes, ergo &c,
Objectum formale philosophiæ, est cognoscibilitas rerum naturali lumine cognoscibilium, ob-
jectum enim formale philosophiæ, est ratio specialis sub qua mens considerat objectum
materiale, adqui cognoscibilitas &c. est ratio specialis philosophia non attingit naturales nisi cognoscibiles
ergo &c.

Objectum adequatum Philosophiæ sunt res naturales quatenus cognoscibiles objectum enim adequatum est illud quod resultat ex objecto materiali et formali simul sumptis; Res naturales sunt objectum materiale, quatenus cognoscibiles sunt objectum formale, ergo res naturales quatenus cognoscibiles, sunt objectum adequatum.

Pars prima philosophiæ, Logica.

Logica nomen habet a voce græca, Logos quæ sermonem significat; unde Logica idem est ac sermocinatrix disciplina

Propositio Prima.

Logica est scientia.

Prob. Scientia enim est habitus per demonstrationem aquisitus; adqui Logica est &c. illa enim est &c. quæ per principia certa demonstrat veritatem regularum quas tradit; adqui Logica demonstrat &c. scilicet, definitionis, divisionis argumentationis; ergo &c.

Propositio Secunda,

Logica est scientia practica.

Prob. illa est practica quæ operatur circa objectum suum; adqui Logica &c. illa enim operatur &c. quæ mentis operationes eo ordine disponit qui sit aptus ad veritatem inveniendam, adqui Logica disponit ergo &c.

Propositio tertia

Logica est ars.

Prob. illa est ars quæ mentis effectiones proprie dictas dirigit; adqui Logica dirigit &c. effectiones enim mentis, sunt operationes in quibus industria potius attenditur quam intentio ad qui logica dirigit eas operationes, in quibus &c. Logicus enim laudatur non ex intentione bene ratiocinandi: sed quia re ipsa bene ratiocinatur. ergo &c.

Assertio.

Logica recte definitur ars cogitandi.

Prob. illa definitio est accurata quæ pollet omnibus conditionibus ad legitimam definitionem requisitis; adqui definitio ista pollet &c. quatuor enim sunt &c. 1ª &c. adqui his omnibus pollet &c. 1ª quod sit clara et brevis nemo ambigit. 3ª constat genere proximo, genus enim proximum, est attributum per quod &c. adqui in ea &c. reperitur enim hæc vox ars; adqui per hanc vocem &c. per eam enim Logica convenit cum iis solis scientiis quæ possunt dici ars &c. v. g. retorica pictura &c. ergo &c. 4ª constat differentia proxima differentia enim proxima est attributum per quod &c. adqui in ea definitione, &c. reperitur hæc vox, cogitandi; adqui per hanc &c. sola enim est quæ mentis cogitationes dirigat ergo 4ª est reciproca, 1º convenit omni Logicæ nulla enim est pars in ea quæ non tradat regulas ad dirigendas mentis effectiones 2º convenit soli practicam enim nulla est ars quæ par objectum habeat, ergo &c.

Assertio existit Logica.

Prob. Logica enim est ars cogitandi adqui existit &c. ut enim existat &c. sufficit ut existant præcepta certa, et eorum ope possint mentis operationes ad veritatem inveniendam dirigi; adqui existunt &c. et per ea &c. v. g. præcepta divisionis definitionis,

et argumentationis quarum ope mens &c. ergo &c. queritur quod sit objectum Logicæ
responsum, objectum materiale Logicæ, sunt mentis cogitationes, objectum enim materiale est illud circa quod, primario et præcipue versatur Logica, atqui circa cogitationes &c. ergo &c. objectum formale, est earum cogitationum dirigibilitas, objectum enim formale est ratio specialis sub qua mens considerat objectum sub qua mens considerat objectum materiale atqui dirigibilitas est ratio &c. scilicet dispositio earum cogitationum ea ordine qui sit aptus ad veritatem inveniendum. objectum adequatum, sunt mentis cogitationes quatenus apte disponendæ ad inquisitionem veritatis. Objectum enim adequatum illud est quod resultat &c. atqui &c. ergo &c.
Queritur quod duplex sit Logica, resp. quadruplex est Logica quadruplex mentis operatio, et hæc quadruplex est, scilicet cogitatio, judicium, discursus et methodus. quatuor sunt ergo partes Logicæ, quarum prima tractat de cognitione, 2a de judicio 3a de discursu 4a de methodo.

---

16 Pars. 1a

De Cognitione.

Cognitiones mentis nostræ sunt numero infinitæ tamen ad duplicem classem revocari possunt, relative ad objecta quæ ab ipsa possunt apprehendi, duplicis autem generis sunt alia intra nos terminantur v.g. dolor, gaudium, &c. alia sunt extra nos posita, et hæc sunt res omnes sive corporeæ, sive incorporeæ, Objecta prioris generis apprehenduntur per sensum intimum, posteriora per ideam innotescunt.

Sensus intimus est conscientia earum quæ intra nos peraguntur.

Idea est representatio alicujus objecti in mente, multum differunt inter se, idea et sensus intimus, primo idea est semper representativa; sensus intimus nunquam, objecta per ideam representata, innotescunt per enucleationem, proprietatem earum; objecta vero interna per sensum tantum cognoscuntur, cum nunquam earum proprietates possint ostendi, cum nullæ sint 2o. Idea versatur circa naturam rerum, non vero circa earum existentiam econtra sensus intimus, existentiam attingit et non naturam, v.g. quisque sentit propriam existentiam et non percipit 3o. Mens est activa in percipiendo naturam rerum, est autem passiva in suis sensibus v.g. Mens in cognoscenda doloris existentia, passive se habet sensus enim doloris non est operatio sed passio, econtra in cognoscenda v.g. natura circuli mens agit apprehendit enim ejus naturam perceptione quæ est actus mentis, sensus intimi pariter sunt propemodum infiniti et ad duplicem classem revocantur passiones scilicet et sensationes, passiones sunt sensus intimi, qui nos admonent de presenti statu mentis nostræ, et quas referimus ad varias partes corporis nostri v.g. gaudium cordi dolorem capiti &c. sensationes ~~[illegible]~~ sunt sensus intimi qui nos admonent de presenti statu mentis nostræ et quos referimus ad objecta externa, v.g. saporem cibo calorem igni colorem floribus.

Notandum mentem non referre suas passiones ad varias corporis partes tanquam ad subjecta, neque suas sensationes pariter ad objecta externa, v.g. quando mens sentit dolorem in digito, non arbitratur digitum ipsum dolere et esse verum doloris subjectum, sed credit dolorem in seipsa recipi; dicit enim de se, ipsa doleo in digito; hinc habet digitum ut causam occasionalem doloris tantum; refert ergo suas passiones, ad varias corporis partes tanquam ad causas occasionales, pariter quando experitur sensationem caloris

Itaque

Non refert calorem ad ignem tanquam ad subjectum; idest non putat ignem experiri sensum intimum sed se solam experiri hanc sensationem cujus causam credit esse ignem. mens ergo suas sensationes refert ad objecta externa tanquam ad causas occasionales. de natura et origine earum sensationum et earum proprietatibus alibi dicemus

De Idea.

Tres erunt hujus capitis articuli. 1.us erit de idearum veritate, 2.us de claritate earum et distinctione, 3.us de ceteris earum proprietatibus et signis quibus manifestantur. Articulus primus de veritate idearum.

Idea est representatio objecti in mente. Duplex est idea; pura et non pura. Idea pura seu perceptio illa est quæ objecti naturam representat absque ulla specie corporea, in imagine depicta; hinc proprietates et attributa earum quæ convenientiam representat. Idea non pura seu imago ea est quæ objectum representat sub specie corporea in imagine depicta.

Idea vel est comprehensiva vel adequata vel inadequata. idea comprehensiva ea est quæ omnes rei proprietates, omnia attributa, omnes que respectus representat. hæc soli deo competit. Idea adequata ea est quæ attributa rei primaria representat, proinde quæ naturam ejus totam exhibet. Idea inadequata ea est quæ quasdam rei proprietates, quædam quæ attributa exhibet.

Idea spectari potest vel respectu mentis vel respectu objecti. idea spectata respectu mentis seu idea mentalis est simplicissima; spectata autem ratione objecti est vel simplex vel composita. ea simplex est quæ rem simplicem representat, complexa vero quæ objectum menti exhibet multiplex

Notandum est duplicem esse veritatem aliam affirmationis aut negationis aliam representationis. 1.a veritas quæ judicio convenit ea est quæ affirmat de objecto quod ipsi convenit aut negat quod ipsi disconvenit, veritas autem representationis consistit in conformitate cum objecto representato. Idea vera conformis est objecto suo. quamvis de eo nihil affirmet aut neget nihilo minus dicenda est vera, sicuti tabella archetypo consentanea ab omnibus dicitur vera. Eo autem sensu idea dicitur semper vera quod semper exhibeat dotes et proprietates objecto convenientes; unde si in ea falsitatem adquirant ad sensum ea non est refundenda in ideam, sed in in judicium quod ipsam comitatur. his positis,
sit.

Omnis idea est necessario vera.

Prob. Ea est necessario vera quæ naturam objecti sicuti est necessario representat, adqui omnis idea necessario representat &c. vel enim omnis Idea necessario representat naturam objecti sicuti est, vel ejus naturam representando aliquid menti exhibet quod ipsi disconvenit, adqui idea naturam objecti representando nihil menti exhibet &c. ut enim menti exhiberet &c. requireretur ut compatibilia representaret attributa quæ sunt incompatibilia, adqui idea non potest representare &c nam ut idea representaret ut compatibilia attributa quæ non sunt, requireretur ut mens videret convenientiam, inter ea quæ nullam habent nec habere possunt; adqui mens non potest videre &c prius est enim adesse convenientiam quam videri, et ex hipothesi ibi deesset. ergo.

Et vero, videre compatibilia attributa, quæ sunt incompatibilia, esset objectum impossibile percipi possibile; adqui hoc repugnat. Nam ex hipothesi objectum est impossibile, sed quum

Ratione est impossibile

14 Ratione est impossibile eadem non potest percipi possibile; ideo enim est impossibile quia constat partibus mutuo se se destruentibus. v.g. quia circulus et quadratus constant rotunditate et quadratura, quae se se mutuo excludunt ab eodem objecto. illa imago quae utrumque repraesentaret consotiatum, cum constaret pariter rotunditate et quadratura constaret partibus se se mutuo destruentibus; ergo &c. et certe vel omnis idea est necessario vera vel quaedam supponi potest falsa, atqui nulla potest &c. si enim aliqua idea esset falsa, maxime ea quae non est conformis objecto suo occasionali; atqui ne illa quidem potest esse falsa, v.g. idea lupi ad praesentiam canis; atqui illa idea non est falsa; illa enim non &c. quae repraesentat id quod objecto suo conforme est; atqui idea lupi etiam ad praesentiam canis, repraesentat &c. nam repraesentat naturam lupi. atqui ea quam repraesentat natura lupo conformis est. lupi enim et non alterius naturam exhibet. ergo..................

Equidem judico lupum esse praesentem, et a me videri, et in hoc error, sed ille error non est refundendus in ideam, sed in Judicium quod fero de Lupo absente...............

Obj. 1°. sit idea lupi ad praesentiam canis, atqui illa idea est falsa, ergo aliqua idea est falsa

Neg. min. si enim, idea lupi ad praesentiam canis esset falsa. vel esset idea falsa canis vel idea falsa lupi. atqui neque, nec neque &c. 1°. non est idea falsa canis: siquidem nullatenus habetur idea canis, nullus menti repraesentatur canis 2°. non est idea falsa lupi: illa enim non est &c. quae optime lupum repraesentat. atqui idea quae habetur ad praesentiam canis optime &c. naturae enim et proprietates dotes quae, quas exhibet lupo perfecte conveniunt ergo &c. ....

Prob. min. illa idea est falsa quae non est conformis objecto suo atqui idea lupi ad praesentiam canis non est &c. ergo &c. ....

Neg. min. nam objectum illius ideae, est lupus, atqui haec idea lupo est conformis; illa enim est &c. quae naturam et proprietates lupi evaluit. atqui haec idea evaluit &c. ergo

Inst. illa idea est falsa quae non repraesentat quod repraesentare deberet. atqui illa idea non repraesentat &c. deberet enim repraesentare canem et repraesentat lupum.......

Neg. min. idea enim non repraesentaret quod repraesentare deberet, quia necessaria esset connexio inter repraesentationem, in mente factam et objectum praesens atqui necessaria non est &c. Si enim necessaria esset connexio inter &c. nulla posset dari repraesentatio nisi objectorum praesentium atqui hoc falsum est objecta enim externa sunt tantum causae occasionales quibus ~~excitantur~~ excitantur in mente impressiones fieri potest ut mens eas referat ut res praesentes tanquam ad eorum objecta etiam si non sint et tunc adest judicium quod abesse deberet sed semper vera est idea unde in casu praesenti canis est causa occasionalis ideae et nullatenus est ipsius objectum, et si mens cum habet ideam lupi ad canis praesentiam non judicaret objectum praesens esse lupum non erraret. ergo &c. ....

Obj. 2°. sit idea turris quadratae quae et rotunda eminus videtur; atqui illa idea est falsa siquidem repraesentat ut rotundam turrim quadratam ergo &c. ....

Neg. min. illa idea non est falsa quae est conformis objecto suo; atqui illa idea est &c. nam objectum illius ideae est turris rotunda. atqui illa idea est conformis rotundae, illa enim est conformis &c. quae non exhibet dotes et proprietates nisi turri rotundae convenientes, atqui illa idea non exhibet &c. nisi &c. ergo &c. equidem judico, equidem judico turrim, eminus visam talem esse a parte rei qualis in mente repraesentatur, vel in hoc erro, et hic error, in judicium est refundendus et non in ideam ....

Obiciunt. 3°. sit idea baculi media parte aquis immersi; atqui illa idea est falsa siquidem repraesentat ut fractum, et angularem baculum qui tamen rectus et integer est. ergo &c. ....

Neg. min. illa enim non est falsa quae est conformis objecto suo atqui illa idea est &c. objec

-tum enim illius est baculus angularis, atqui illa idea est conformis baculo angulari illa enim &c. quae dotes et proprietates baculi angularis menti exhibet; atqui illa idea exhibet &c. ergo &c......

Judico equidem, hunc baculum repraesentantum esse praesentem et in hoc erro Judicium meum est falsum et non idea. ideo baculus iste angularis videtur cum sit rectus, quia refranguntur radii luminis,......

Pari modo caeterae solvuntur objectiones referendo semper falsitatem quae arguitur ad Judicium nunquam vero ad ideam; Idea enim semper naturam et proprietates objectorum prout sunt, optime repraesentat, nunquam autem eorum existentiam attingit. unde cum idea habetur objecti possumus unice concludere, illud esse possibile; aliquando tamen judicamus illud existere, illud esse praesens illud esse objectum a parte rei quod percipitur et in istis judiciis potest esse error. deo......

Obj. 4°. sit idea dei crudelis; atqui illa idea est falsa ergo non omnis idea est vera......

Non admitto hipotesim nam non datur idea sine objecto atqui illa idea esset sine objecto; nam aliquid impossibile repraesentatum ut possibile non potest esse objectum ideae, atqui deus crudelis esset objectum impossibile repraesentatum deus enim et crudelitas se se mutuo destruunt......

Prob. Si quid impediret quominus si quid impediret quominus haberetur idea dei crudelis esset repugnantia quae est inter deum et crudelitatem, atqui repugnantia haec potest non impedire quominus &c. potest enim ignorari ergo &c......

Neg. min. Nam illa repugnantia, etsi a ignoraretur, existeret tamen a parte rei atqui si existat a parte rei impedit quominus &c. si enim existat &c. nulla est convenientia inter deum et crudelitatem; atqui si nulla sit convenientia inter deum et crudelitatem, non potest haberi idea dei crudelis prius est enim adesse convenientiam inter deum et crudelitatem quam percipi ergo &c......

Prob. min. Nam potest videri convenientia inter deum et crudelitatem si ignoretur repugnantia potest esse esse convenientia a parte rei ubi deest repugnantia; atqui si desit repugnantia a parte rei necesse est ut adsit convenientia; ergo a pari &c......

Neg. mag. et paritatem, ratio discriminis est quod nullum detur medium a parte rei inter convenientiam et repugnantiam, si unum desit, alterum adsit necesse est; e contra datur medium inter videre et convenientiam et ignorare repugnantiam scilicet neutrum videre. ergo aliud est non videre repugnantiam et videre convenientiam, ergo &c......

Inst. potest deus considerari quatenus est ens omnipotens atqui consideratur quatenus est ens omnipotens potest percipi crudelis: ergo deus potest percipi crudelis......

Retorqueo argumentum circulus potest percipi quadratus. nam circulus potest considerari quatenus figura; atqui circulus consideratus quatenus figura potest percipi quadratus ergo &c......

tum autem retorquere non sit respondere. Neg. min. etsi deus quatenus om-

tens perciperetur crudelis inde sequeretur tantum enti omnipotenti posse conveni-
re crudelitatem, atqui ex eo quod enti omnipotenti possit convenire crudelitas non
inde sequitur quod deus possit percipi crudelis; deo enim debent inesse, cetere per-
fectiones preter omnipotentiam, quibus cum pugnat crudelitas ergo &c.
Prob min. ad deus quatenus possit omnipotens percipi crudelis sufficit ut omnipotentia
ratione sui non excludat crudelitatem adqui omnipotentia ratione sui non &c ergo &c
Transeat major Neg min. omnipotentia enim est summa perfectio, adqui summa perfectio
excludit crudelitatem summa enim perfectio, est incompatibilis cum qualibet imperfectione. ergo
Dixi transeat ad majorem Neg maj que sic erat &c. neg mai. etiamsi omnipotentia non
excludat ratione sui &c non inde sequitur quod deus possit &c. ut enim deus non pos-
sit deus percipi crudelis etiamsi &c sufficit ut omnipotentia in suo conceptu involvat
perfectiones cum crudelitate compatibiles, adqui omnipotentia involvit &c
ergo &c.
Inst percipitur veritas istius propositionis, deus crudelis est impossibilis atqui
non potest veritas istius propositionis quin percipiatur deus crudelis non potest enim
percipi veritas illius propositionis quin percipiatur ejus subjectum quod est deus crude-
lis. ergo &c.
Neg min. ejus que probationem subjectum istius propositionis non est deus cru-
delis sed idem est ac istud deus non potest esse crudelis; atqui subjectum istius pro-
positionis non est deus crudelis sed deus simpliciter ergo &c.
Ob. 5o impossibile potest percipi possibile. nam percipitur ens in genere pos-
sibile, atqui ens in genere est impossibile ergo aliquid impossibile potest percipi
possibile.
Neg mai nam ut perciperemus ens in genere possibile requireretur ut per i-
deam videremus, ens in genere non repugnare, adqui per ideam non videmus &c
quinimma contrarium videmus ergo &c.
Prob mai. datur idea entis in genere adqui non potest dari idea entis in ge-
nere, quin percipiatur possibile ergo ens in genere percipitur possibile.
dist mai datur idea entis in genere precisiva conc. datur idea entis in genere po-
sitiva Neg mai. atqui non potest dari idea. entis in genere, quin percipiatur ens
illud possibile. distinguo min. non potest dari idea positiva entis in genere
quin percipiatur &c conc min. non potest dari idea precisiva entis in genere
quin percipiatur &c. Neg min. ergo ens in genere concipitur possibile, Neg conseq.
Itaque idea vel est positiva vel est precisiva idea positiva ea est que represen-
tat quedam attributa ut compatibilia et conjungibilia. idea precisiva ea est que
representat quedam attributa entis prescindendo a ceteris non representatis.
Equidem datur idea precisiva entis in genere. seu datur idea que exhibet
attributa ut compat. quasdam proprietates enti convenientes abstrahendo a ceteris illarum
nempe proprietates que illi conveniunt quatenus est ens precisive, abstrahendo ab eo
quod sit tale vel tale, sed non datur idea positiva entis in genere seu que representat.

ad suæ cognitionis adqui ignorare existentiam suæ cognitionis et non cognoscere sunt quid unum et idem. ergo &c.

2o. non potest quod mens æqualiter afficiatur ad præsentiam Ideæ circuli ac afficeretur ad alterius cujusvis presentiam; nam si mens æqualiter afficeretur &c cujusvis objecti proprietates ut communes videret adqui mens non potest videre communes & eas enim non potest videre communes quæ sese mutuo destruunt adqui proprietates &c. ergo &c.

Alia est idearum proprietas, simplicitas et compositio quod idea mentalis sit quam simplicissima nemo ambigit; quæritur utrum Idea objectiva sit item simplex.

Propositio

Nulla datur Idea perfecte simplex præter Ideam Entis in genere. Quælibet alia est composita.

Prob. illa est composita, cujus objectum est compositum, atqui objectum cujuslibet Ideæ, præter Ideam Entis in genere est compositum, illud enim est compositum, quod habet aliquid sibi proprium et aliquid aliis commune; adqui objectum cujuslibet Ideæ præter Ideam entis in genere habet &c., nam quodlibet objectum efficitur per sua attributa, scilicet per genus et differentiam, atqui per hæc attributa habet aliquid aliis commune, scilicet per genus habet quæ aliquid sibi proprium scilicet per differentiam, v.g. Idea dei componitur ex Idea Entis et infiniti v.g. Idea hominis componitur ex Idea substantiæ animalis et rationalis, et sic de cæteris ergo &c.

Cum omnes Ideæ sunt compositæ, possunt omnes in simplices resolvi et decomponi decompositio autem idearum fit potissimum per abstractionem, abstractio autem est actus mentis attendentis, ad quandam rei partem cæteris neglectis, v.g. cum in homine attendo ad solam animalitatem neglecta rationalitate.

Abstractio idearum multiplici modo fieri potest; primo cum modus attenditur neglecto subjecto cui inhæret v.g. cum concipio albedinem absque muro cui inhæret. 2o. cum unus modus attenditur neglecto alio. v.g. longitudo itineris absque latitudine. 3o. cum ab idea singulari removentur omnes singularitatis notæ, et ea solum attenduntur, quæ sunt communia. v.g. si ab idea Aristotelis removeam ea quæ ipsi soli propria sunt et attendam rationem humanitatis et substantiæ hocce modo ex idea singulari fit idea abstracta et universalis. in idea autem universali varii sunt universalitatis gradus, ut in hoc exemplo conspicuum est, v.g. habeo ideam dei qui est spiritus infinitus abstraho ab infinitate perfectionum solamque attendo rationem spiritus spiritus autem est substantia activa; abstraho a ratione activitatis, remanet Idea substantiæ quæ Entis, si procedam ab Idea dei ad Ideam Entis quod est genus universalissimum idea.

Quinque autem sunt universalia, genus differentia species proprium et accidens.

Universale autem illud est quod plura sub se continet, de quibus potest prædicari ea autem quæ sub eo continentur inferiora vocantur, Genus est universale, quod pluribus speciebus convenit tanquam pars Essentiæ communior, v.g. animal est genus respectu hominis.

Differentia est universale quod pluribus individuis convenit ejusdem speciei tanquam pars Essentiæ specialior qua distinguitur ab omnibus aliis v.g. rationalitas respectu hominis Genus et differentia speciem constituunt; sic homo constituitur ex animalitate et rationalitate. Species est universale quod pluribus individuis convenit tanquam eorum essentia: sic homo est essentia Petri et Pauli sicuti autem species immediate subjicitur Generi ita speciei immediate subjiciuntur individua v.g. sicuti animal dicitur de homine, ita homo dicitur de petro et Paulo.

Proprium est universale quod alicui speciei convenit tanquam attributum secundo

nium cum proprium fluat a natura et natura quaelibet duas habeat partes, sequitur duplicem esse proprii speciem scilicet ea quae fluit a genere ut facultas manducandi ambulandi &c quae est appendix animalitatis et haec dicitur generica alia quae dimanat a differentia quae vocatur specifica, talis est facultas judicandi quae fluit a rationalitate.

Proprium dicitur quadruplici modo adhuc; proprium primo modo quod convenit omni et soli et semper, sicuti homini facultas ridendi proprium 2o modo quod convenit omni et soli non semper sicuti facultas argumentandi: proprium 3o modo quod convenit omni sed non soli sic facultas ambulandi. proprium quarto modo quod convenit soli sed non omni sic facultas philosophandi.

Accidens est universale quod pluribus subjectis convenit ita ut possit abesse et adesse sine eorum interitu sic v.g. cogitatio potest abesse a mente absque eo quod mens illa eat

---

De Signis Idearum,

Signum est illud quod prius notum, nos conducit ad cognitionem alterius, duplex est logicum et Phisicum, Signum Physicum est illud quod rem extra nos positam significat duplex est naturale et artificiale naturale est illud quod significat independenter ab instituto hominum v.g. fumus est signum naturale ignis artificiale illud est quod significat dependenter ab arbitrio hominum v.g. hedera pensilis significat vinum venale.

Signum Logicum illud est quod manifestat cogitationes nostras duplex est etiam naturale et artificiale naturale illud est quod ex natura sua et independenter ab arbitrio hominum significat ut v.g. risus gaudium, gemitus dolorem. artificiale illud est quod significat dependenter ab hominum arbitrio sic voces gestus scriptura.

Vox est sonus articulatus ab hominis ore prolatus, ad exprimendas animi cogitationes institutus. Vox significat ex instituto, idest ex natura sua impropria est ad talem rem potius quam ad talem rem significandam ex natura enim sua non est nisi sonus tali modo articulatus; talis autem sonus improprius est ad talem rem potius quam talem designandam nulla enim est relatio inter ejus modi sonum et explanationem proprietatum rei.

Multiplex est vocabulorum genus; scilicet nomen, pronomen, verbum et adverbium. Nomen est vox significans rem aut rei modum. pronomen est vox gerens nominis vices, eo fine inventum est ne frequentior fieret nominis repetitio verbum est vox affirmationem significans, duplex est substantivum et adjectivum, verbum substantivum illud est quod affirmationem praecise significat et est unicum hoc verbum, sum est verbum adjectivum illud est quod affirmationem exprimit simul et quod affirmatur, ut amo doleo &c idem ac si diceretur ego sum amans dolens &c. quod quidem non tam verbum est quam propositio

Adverbium est vox aliquid significans, praeter significationem verbi v.g. petrus diligenter studet, vox diligenter aliquid addit significationi verbi studet.

Gestus est motus sensibilis corporis cum intentione aliquid significandi

Scriptura vel est geroglifica vel non 1a est quaedam imago sensibilis tali modo composita ad aliquid exprimendum 2a est figura quaedam sensibilis accommodata ad vocem cum intentione aliquid significandi

---

D Pars 2a. Logice.

Mens ideis informata eas comparat secum convenientes per affirmationem jungit. repugnates per negationem separat actus ille vocatur Judicium si foras prode ad propositio non capitur. 2ae igitur erunt hujusce partis sectiones. 1a de Judicio 2a de propositione tractabit.

Sectio 1a de Judicio.

Hujusce sectionis, 2o erunt capita. 1um de natura, et proprietatibus Judicii. 2um de variis Judiciorum motivis.

Caput 1um

De natura et proprietatibus Judicii

Circa naturam et proprietates Judicii varie sentiunt Philosophi: alii ponunt Judicium in cessatione. alii ulteriori examine. alii in complacentia mentis in veritate cognita et habitudine ideanum percepta: alii judicium voluntati alii intellectui vindicant. ut inter tot sententias nostram aperiamus, sit,

Propositio 1ma

Judicium est actus mentis positivus, prob nam Judicium est ea mentis functio qua convenientes Ideas Jungit, dissentientes quae separat, adqui talis functio est actus positivus mens enim non potest dici Jungere aut separare qui agat. ergo &c.

Propositio 2a.

Judicium non consistit in cessatione ab ulteriori examine ideanum, nec in mera complacentia in veritate cognita aut habitudine ideanum percepta.

Prop. 1ma Pars num ea non est Judicium quae absque Judicio esse, adqui, cessatio potest esse &c. nam cum mens cessat ab examine ideanum circa nihil earum habitudinem pronunciat ac proinde comparatio ideanum, efficeret Judicium, adqui comparatio ideanum non potest efficere &c. nam Judicium potest esse falsum, sicut verum sed si comparatio efficeret &c. non posset esse falsum, ut pote quod comparatio sit semper vera

Prob. 2a. Pars, scilicet quod Judicium, non consistat in mera complacentia &c. nam mens cum Judicat semper de habitudine ideanum, aliquid affirmat aut negat, adqui per meram complacentiam, nihil affirmat aut negat, ergo &c. et certe Judicium potest esse falsum sicuti verum. adqui si consisteret in mera complacentia non posset esse &c. ut pote quod illa complacentia sit semper vera,

Propositio 3a.

Judicium est actus mentis simplex.

Prob. nam Judicium est assensus mentis vel dissensus, adqui assensus vel dissensus est simplex illa enim est simplex, qui vel totaliter ponitur, vel nulla tenus. adqui assensus vel dissensus &c. nam ponitur prout mens videt convenientiam vel disconvenientiam, adqui mens vel totaliter vel nulla tenus videt &c. ergo &c.

Ob. 1o. illud non est simplex quod componitur ex ideis, adqui Judicium componitur ex ideis ergo non est simplex. neg. min. ex iis enim non componitur, quas supponit adqui Judicium supponit ideas de earum enim habitudine pronunciat.

Prob mine Judicium componitur ex eo quod est ipsius materia adqui ideæ sunt materia Judicii ergo ex iis componitur, distinguo mayorem Judicium componitur ex iis quæ sunt eyus materia ex qua concedo. concedo mayorem. ex iis quæ sunt eyus materia circa quam, neg mayi adqui ideæ sunt materia judicii; distinguo min. sunt materia Judicii circa quam concedo minorem sunt materia ex qua Judicii neg mine. ergo &c neg consequentiam

itaque duplex est materia ex qua et materia circa quam. &c equidem Judicium componitur ex iis quæ sunt materia eyus ex qua, sed non componitur ex iis quæ sunt eyus materia circa qua. nam si sint materia circa quam sunt ipsius obyectum adqui obyectum Judicii ipsius compositionem non ingreditur sed est ipsi extrinsecum et ab eo præsupponitur ergo &c. porro ideæ sunt materia Judicii circa quam sed non materia ex qua ut probatum est ergo &c ob J.

2ª tam Judicium est compositum quam ideæ circa quas versatur, adqui ideæ quælibet sunt compositæ ergo a pari Judicium,

Neg may. et paritatem, ratio discriminis est quod ideæ cum sint repræsentativæ plura menti obyecta simul exhibere debent qua propter dicuntur obyective compositæ econtra Judicium cum nihil repræsentet sed tantum de idearum habitudine affirmet aut neget, mirum non est quod sit simplex, eyus enim assensus totus consistit in hoc vocabulo Est, ergo &c

Obj. 3º tam Judicium est compositum quam propositio, adqui propositio quælibet est composita ergo. &c

Neg mayi et paritatem. ratio discriminis est quod propositio non tantum Judicium exprimit sed etiam ideas circa quas versatur, ~~[illegible] ideas~~ unde mirum non est quod sit composita, cum Judicium hoc solo vocabulo Est expressum sit simplex est ergo &c

Ex his sequitur Judicium cadere mediate in habitudine idearum habitudo autem idearum est relatio convenientiæ vel disconvenientiæ quam habent inter se, Judicium ergo recte definitur actus mentis pronunciantis de habitudine idearum, quod spectat ad causam efficientem Judicii certum est illud ab anima produci. cum autem duæ sint animæ facultates, intellectus nempe et voluntas controvertitur ad quam revocari debeat Judicium; alii illud intellectui alii voluntati tribuunt.

Propositio

Probabilis est sententia quæ Judicium voluntati vindicat.

Prob nam Judicium est actus mentis pronunciantis de habitudine idearum adqui actus ille pertinet ad voluntatem nam actus ille est assensus aut dissensus habitudinis idearum ratio mayoris est quod Judicium sit actus distinctus, a perceptione et comparatione idearum; adqui assensus aut dissensus pertinet ad voluntatem

Nam assensus est adhesio. dissensus autem aversio, adqui adhesio et aversio pertinent ad voluntatem; nam adhesio et aversio, sunt quædam species amoris, et odii sed quælibet species amoris et odii, pertinet ad voluntatem; ad eam enim facultatem pertinet quæ sola capax est amoris et odii; adqui voluntas sola capax est &c ergo &c.

Et certe, ideo assensus aut dissensus non posset revocari ad speciem amoris

qui Judicium non posset percipere plus et minus amor autem et odium suscipiunt atqui haec ratio nulla est si enim amor et odium cum suscipiunt plus et minus sint actus distincti alii aliis intentiores; Judicium pariter poterit dici suscipere plus aut minus eo sensu quod distincta Judicia sint alia aliis certiora atqui actus amoris et odii, cum suscipiunt plus et minus, sunt actus distincti nam et actus illi sunt diversi modi quibus mens fertur in objectum, aut ab eo dirigitur atqui diversi illi modi sunt actus distincti; ergo, &c. Et certe iterum, ideo Judicium non posset revocari ad voluntatem quia essent judicia quaedam invita involuntaria quae aliquo modo eliciti non possunt atqui nullum est Judicium involuntarium; si quod enim esset, maxime illud damnatorum quod ferunt de aeternitate poenarum suarum; atqui ne illud quidem est involuntarium, ideo enim esset involuntarium, quia ab eo ferendo abhorrerent atqui ab hoc Judicio non abhorrerent ab eo enim non abhorrerent quod nihil addit eorum supplicio; atqui hoc Judicium nihil addit si abhorrent tantum a cognitione quam habent de aeternitate Poenarum et a miseranda tristi necessitate eas experiendi ergo &c.

Et certe, vel Judicium pertinet ad voluntatem vel ad intellectum, atqui Judicium non pertinet ad intellectum nam judicium est actus distinctus ab apprehensione objecti et comparatione idearum; atqui nullus actus distinctus ab apprehensione objecti et comparatione idearum potest esse ab intellectu nam actus ille esset aut affirmatio aut negatio, aut assensus, aut dissensus aut adhesio aut aversio ac proinde quaedam species amoris aut odii; atqui ab intellectu exulat omnis species amoris aut odii, siquidem intellectus est solummodo facultas cognoscitiva, ergo &c.

Caput 2.

De Judiciorum motivis

Mens in judiciis suis ferendis fluctuabit, nisi detur Regula quaedam certa et infallibilis qua se cernere possit verum a falso haec regula vocatur criterium, seu signum veritatis: criterium veritatis autem est infallibile, Judicandi motivum, quod est ultima nostrae certitudinis ratio. 3es debet habere conditiones, 1a. ut menti certo constet de ipsius praesentia 2a. ut sit cum veritate infallibiliter connexum 3a. ut sit fundamentum certitudinis nostrae Judicii ergo tale est quale certitudinis nostrae motivum, Judicium verum est illud quod affirmat de subjecto quod ipsi convenit, aut negat de eo quod ipsi disconvenit. Judicium falsum illud est quod affirmat de objecto quod ipsi disconvenit, aut de eo negat, quod ipsi convenit Judicium probabile, illud est quod verisimiliter de objecto verisimiliter affirmat aut negat, ob quasdam cognitas convenientiae notas, probabilius aut minus probabile judicium est illud de quo plures aut pauciores cognoscuntur certitudinis notae.

Probabilitas duplex est intrinseca et extrinseca, probabilitas intrinseca ea est quae desumitur ex intimis rei visceribus, probabilitas extrinseca ea est quae desumitur ex momentis extrinsecis ut si homo proclivis ad iram probabiliter furere excandescet, si atroci quadam injuria afficiatur, ex pro

babilitas intrinseca, homo ægrotus, probabiliter est moriturus cum a pluribus medi
peritissimis est condemnatus, en probabilitas extrinseca, sicuti autem judicio vero fal
sum opponitur ita probabili improbabile. Judicium certum est quando cognoscuntur omnes
convenientiæ notæ, ut legitime de objecto affirmari aut negari queat. certitudo autem
Judicii major aut minor est prout motiva quibus nititur majorem aut minorem
habent cum veritate connexionem. certitudo ut jam diximus, triplex est metaphisica
phisica et moralis major harum est metaphisica. et si autem moralis videatur minor
sepe talem non est ipsi impar v.g. talis est certitudo qua teneamus romam existere.

Propositio quælibet quæ gaudet certitudine, alia ut propositio geometrica gaudet certitu
dine metaphisica, alia ut lex pertinens ad consuetum naturæ cursum, gaudet phisica, alia
quæ pendet a communibus hominum moribus, gaudet morali. ut propositio assensum
nostrum mereatur, non debet gaudere certitudine phisica aut metaphisica; frustra
enim has certitudines aliquis requireret in iis in quibus non possunt reperiri et in quibus sufficit certi
tudo moralis, ut insanus videretur qui in dubium revocaret existentiam sigismundi polonorum
regis. quia de ea non haberet certitudinem metaphisicam, pari modo igitur quid futu
pari certitudine fulta in dubium revocare. ut ergo de judiciis pronuncietur quod sint ve
ra vel falsa, probabilia vel improbabilia sedulo examinanda sunt motiva quibus nituntur, porro
duplicis sunt generis judicia pro diversa rerum de quibus judicamus conditione aliæ sunt
intra nos positæ, ut affectiones nostræ. aliæ sunt extra nos constitutæ, aliæ sunt extra
nos positæ, motivum quo judicamus de rebus intra nos positis est sensus intimus, illud autem
quo judicamus de rebus extra nos positis, est evidentia. sensus intimus est illa mentis affectio qua
mens sibi conscia est de præsenti suo statu. evidentia est perceptio, convenientiæ vel discon
venientiæ idearum inter se, duplex est evidentia intrinseca quæ dicitur evidentia
rei et extrinseca quæ dicitur evidentia testimonii evidentia intrinseca ea est quæ
rei inest ex natura sua, et sine ullo motivo ab ipso distincta. evidentia testimonii
ea est quæ innotescit per motivum rei extrinsecum, v.g. hæc propositio totum est
majus sua parte, est evidens evidentia rei. ista vero tres sunt in deo personæ est evi
dens evidentia testimonii, quia nititur motivo dei revelantis.

Evidentia extrinseca adhuc multiplex est prout motivorum species quibus judicat
est multiplex res sensibiles per sensus et sensuum relationes innotescunt. res quæ captum
superant per revelationem cognoscuntur facta historica per testimonium hominum
affectiones mentis nostræ per memoriam edocemur — Diversa illa motiva judici
orum nostrorum non sunt certa nisi quia ad evidentiam referentur, sive intrinsecam sive
extrinsecam, quapropter ubi agitur de rebus extra nos positis, evidentia est unicum fun
damentum certitudinis nostræ, v.g. ideo certus sum de veritate propositionis a deo reve
latæ quia evidens est deum non posse fallere,

Quæritur utrum mens possit certo judicare.
Resp. ut mens certo judicet 1a sunt ipsi necessaria 1o objectum certum idest quod possit certo cogno
scere, et de quo possit affirmare sine ulla errandi formidine 2o ut mens sit capax veritatis
cognoscendæ ipsique cognitæ possit immobiliter adhærere. 3o ut habeat motivum infal
libile quo ducatur in judiciis ferendis 3a hæc prerequisita esse menti asserimus. si fuerit dari
objectum certum, ipsam esse subjectum certum, tandem dari motivum infallibile.

Propositio 1.a

Datur objectum certum

Sint res circa quas versatur Philosophia atqui res illæ sunt objectum certum illæ enim
sunt quæ certæ sunt tum quoad essentiam, tum quoad existentiam atqui res illæ certæ sunt tum
1° quidem certæ sunt quoad essentiam. illæ enim sunt &c quarum essentia est immutabilis. atqui es
sentia rerum circa quas versatur Philosophia est &c illarum enim essentia est immutabilis
quæ ita constant quibusdam attributis ut sine iis nec esse nec concipi possint, atqui res circa quas,
ita constant &c sic homo ita constat corpore et anima, ut sine illis nec esse nec concipi possit sic
triangulus ita constat tribus angulis tribus que lateribus ut sine illis nec esse nec concipi
possit, ergo &c 2°. res illæ sunt certæ quoad existentiam, illæ enim &c quarum existentia in dubium
a nemine revocari potest, atqui res circa quas &c, existentia rerum in dubium. illa enim in dubium a nemine est
quæ si a quodam revocaretur in dubium. statim ab omnibus ut insanus haberetur atqui
si existentia rerum &c sic ab omnibus irrideretur qui propriam existentiam in dubium re
vocaret. vel qui in dubium revocaret, existentiam omnium quæ ipsum ambiunt.

Obj. contra 1am partem. illæ non sunt certæ quoad essentiam. quarum essentia a deo potest immu
tari. atqui essentia rerum. prob.

min. sit v.g. essentia trianguli; atqui essentia trianguli non potest a deo immutari nam ut
immutaretur requireretur ut deus efficeret quod triangulus non constaret tribus angulis et tribus lateri
bus. atqui deus non potest efficere &c ergo &c

Inst. ille potest immutare essentiam trianguli. qui potest triangulum efficere quadratum
atqui deus potest. ergo

n. mai. ut deus immutet essentiam trianguli non sufficit ut triangulum efficiat quadra
tum, requireretur ut triangulus remaneret. cum quadratus efficitur. essentia enim trianguli
est ut quamdiu remanet triangulus constet tribus angulis tribusque lateribus, sed ipsius es
sentiæ non est, ut non possit in aliam figuram converti. atqui deus licet efficeret trian
gulum quadratum, tunc triangulus non amplius constaret ergo &c

Inst. ut merito possimus asserere deum non posse triangulum efficere quadratum remanente
triangulum. requireretur ut perfecte cognosceremus. quousque se extendat omnipotentia divina
atqui non cognoscimus quousque &c ergo &c

N. mai. ut possimus merito asserere &c necesse non est &c. sed sufficit ut cognoscamus eam non exten
di ad ea quæ repugnant et præter ea triangulus quadratus repugnet. atqui hæc perfecte cognoscimus ergo etiam si.

Obj. contra 2am partem. scilicet res circa quas versatur philosophia non esse certas quoad existentiam. illæ enim
non sunt certæ quoad existentiam. quæ possunt non existere atqui res circa quas &c possunt non existere ergo &c

Dist. Mai. illæ non sunt certæ absolute quæ possunt &c [conc. mai] illæ non sunt certæ hipothetice quæ possunt non

Neg mai. atqui res &c conc. mine. ergo res circa quas versatur philosophia non sunt certæ dist conse
quens, non sunt certæ absolute, conc consec. non sunt certæ hypothetice Neg. consec. et consequentiam.

Itaque duplex est certitudo absoluta et hipothetica. certitudo absoluta ea est quæ a nulla pendet hipo
thesi v.g. existentia dei. certitudo hipothetica. ea est quæ pendet ab aliqua hypothesi v.g. existen
tia petri est certa in hypothesi quod ipsum videam tangam. equidem res quæ possunt non exi
stere non sunt certæ absolute sed certæ sunt hypothetice. sic certa est existentia hominis.
in hypothesi quod ipsum videam tangam &c ita certa est talis existentia. ut merito a nemine
in dubium revocari possit. porro res circa quas versatur philosophia non sunt certæ abso
lute sed certæ sunt hypothetice. et hoc sufficit ut de eis disserere possimus.

Inst. de rerum existentia mens certa esse nequit quæ ab ipsa non possunt cognosci
atqui objecta externa non possunt a mente &c ergo &c

Prob. mi. res illa non possunt a mente cognosci inter quæ et mentem nulla est proportio

atqui mentem inter et objecta &c. nulla est &c. ergo &c.
Dist. mai. illa non possunt &c. inter quae et mentem nulla est proportio nec entitatis nec habitudinis conc. mai. inter quae nulla est proportio entitatis neg. mai. atqui inter &c. nulla est proportio distinguo min. nulla est proportio entitatis conc. min. nulla est proportio habitudinis neg. min. ergo &c. neg. consec.

Itaque duplex est proportio entitatis et habitudinis. 1ª ea est quae intercedit inter duo quae sunt ejusdem naturae. 2ª ea est quae intercedit inter objectum et facultatem.

Equidem non possunt ea cognosci a mente, inter quae et mentem nulla esset proportio nec entitatis nec habitudinis, sed necesse non est ut intersit proportio entitatis. ut enim objectum possit a mente cognosci sufficit ut inter ipsum et mentem adsit illa relatio quae intercedit inter objecta quae continentur intra limites alicujus facultatis, porro nulla est proportio entitatis inter mentem humanam et objecta externa. sed est proportio habitudinis ut enim talis intersit proportio sufficit ut objecta externa sint de numero eorum circa quae mens potest versari; atqui objecta externa sunt de numero &c. cum enim mens sit facultas cognoscitiva, potest versari circa omnia quae sunt cognoscibilia, atqui objecta externa sunt cognoscibilia ergo &c.

Propositio 2ª

Existit subjectum certum

Prob. nam existit mens humana; atqui mens humana est subjectum certum. illa enim est subjectum certum quae est veritatis capax et tenax, atqui mens humana &c. primo quidem est veritatis capax illa enim est &c. quae potest veritatem infallibiliter percipere atqui mens humana potest &c. illa enim potest &c. quae potest clare videre convenientiam attributi cum subjecto, atqui mens humana potest clare &c. sic clare videt convenientiam hujus propositionis circulus est rotundus. 2º est veritatis tenax illa enim &c. quae ita immobiliter veritati adhaeret, ut ab ea nulla ratione dimoveri queat. atqui mens humana ita &c. sic mens illi veritati totum est majus sua parte, ita immobiliter adhaeret ut ab ea nulla ratione &c. ergo &c.

Obj. 1º facultas defectibilis non est subjectum certum atqui mens humana est &c. ergo &c.

Dist. maj. facultas defectibilis in omnibus etiam clarissimis non est subjectum certum conc. maj. facultas defectibilis in quibusdam et intricatissimis non est &c. neg. maj. atqui mens humana est defectibilis dist. min. est defectibilis in quibusdam intricatissimis, conc. min. in omnibus et clarissimis neg. min. ergo &c.

Itaque facultas aliqua potest esse defectibilis vel in omnibus vel in quibusdam tantum et intricatissimis;

Equidem facultas defectibilis in omnibus non est subjectum certum, sed ubi sit defectibilis in quibusdam tantum et intricatissimis, non inde sequitur quod non sit subjectum certum potest enim de quibusdam saltem facilioribus pronunciare, porro mens humana est defectibilis in quibusdam intricatissimis sed non in omnibus v.g. certo percipit veritatem hujus propositionis prius est existere quam agere. totum est majus sua parte, ipsique veritati tam immobiliter adhaerere ut ab ea dimoveri nequeat.

subsumunt, atqui mens humana est defectibilis in omnibus ergo nulla est &c. probatio.

Prob. subsum. illa est defectibilis in omnibus quae est limitata in omnibus, atqui mens humana est limitata in omnibus ergo &c.

Neg. mai. et ex quod mens humana sit limitata in omnibus, inde sequitur eam non habe

~~mus~~ Ideas rerum comprehensivas, omnes proprietates omnesque rerum respectus posse attingere; atqui ex eo quod mens non habeat ideas rerum &c. ex eo quod non possit &c. non inde sequitur quod sit in omnibus defectibilis; inde sequitur tantum quod non sufficientes habeat ideas rerum, non vero quod non possit pronuntiare de iis, quas habet, ergo &c.

Prob. tam mens humana est defectibilis in omnibus quia est limitata in omnibus quam mens divina est infallibilis in omnibus quia est illimitata in omnibus, atqui mens divina, ideo infallibilis est in omnibus quia est illimitata &c. ergo &c. neg. maj. et paritatem. eo quod mens divina sit illimitata in omnibus, inde sequitur equidem eam esse infallibilem in omnibus, quia omnes rerum omnes proprietates et respectus comprehendit, sed mens humana eo quod sit limitata et non possit omnes rerum proprietates et respectus attingere non inde sequitur quod sit defectibilis in judicando de iis, quas percipit. ergo &c. Obj. 2. illa non est subjectum certum, quae non potest certo judicare de convenientia attributi cum subjecto; atqui mens humana non potest certo &c. ergo. neg. min. Prob. min. ut certo pronunciaret &c. deberet cognoscere omnes proprietates attributi et subjecti atqui mens non cognoscit omnes &c. ergo non potest &c.

Neg. maj. ut mens certo pronunciet de convenientia attributi cum subjecto sufficit ut eorum cognoscat attributa primaria. atqui potest ea cognoscere ergo &c.

Prob. maj. ut mens certo pronunciet de convenientia attributi cum subjecto debet certo pronunciare nullam esse in alterutro proprietatem incompatibilem atqui ut pronunciet nullam esse in alterutro &c. debet cognoscere omnes proprietates &c. ergo &c.

Neg. maj. ut mens certo pronunciet de convenientia attributi cum subjecto sufficit ut pronunciet nullum attributum primarium esse incompatibile, atqui ut non pronunciet nullum esse &c. non debet cognoscere omnes proprietates attributi et subjecto ~~[illegible] pronunciat nullam proprietatem esse in alterutro~~ &c. ergo &c.

Inst. discordes sunt saltem circa plura sententiae philosophorum, atqui si mens certo veritatem perciperet, non tam forent discordes &c. ergo mens non potest certo veritatem percipere

Neg. min. diversitas sententiarum philosophorum non probat mentem non posse certo veritatem percipere sed tantum probat quaedam esse difficilia et intricata, probatque hoc sepe sepius eos judicare ex nimia mentis precipitatione ex defectu attentionis sufficientis. atqui ex eo quod philosophi judicent &c. non inde sequitur &c. ergo &c.

Datur etiam motivum certum judicandi de rebus sive intra nos sive extra nos positis per sensum intimum judicamus de rebus intra nos positis; per evidentiam autem de rebus extra nos positis

Propositio 3.

Sensus intimus est motivum infallibile judicandi

Prob. ille est motivum &c. qui infallibiliter connectitur qui infallibiliter connectitur cum veritate judiciorum, quae ipso nituntur; atqui sensus intimus infallibiliter &c. vel enim sensus intimus infallibiliter connectitur &c. vel fieri potest ut judicium ipsorum sit falsum atqui fieri non potest &c. sit enim istud judicium sensu intimo nixum. ergo doleo; atqui fieri non potest ut istud judicium sensu intimo nixum sit falsum nam idem tunc idem esset &c. tunc enim idem esset simul &c. quando dolor esset in anima simul et non esset atqui si istud judicium sensu intimo &c. esset falsum &c. dolor esset simul &c. quidem esset dolor in anima. si quidem esset in ipsa sensus intimus doloris. 2o non esset &c. Nam judicium affirmans esse sensum doloris esset falsum; atqui non esset falsum nisi quia deesset sensus doloris. ergo &c.

Obj. ille non est motivum infallibile judicandi qui potest nos movere ad duo judicia contradictoria; atqui sensus intimus potest &c. ergo &c. neg. min.

Prob. min. Supponitur homo habens manum immersam in aqua calida, et alteram in frigida; unde sic argumentantur: ille potest movere ad duo Judicia contradictoria, qui potest hunc hominem movere ad duo ista Judicia, ego caleo ego non caleo, adqui sensus intimus potest movere &c. ergo &c.

Dist. maj. ille potest, qui hunc hominem potest impellere ad duo ista Judicia, ego caleo ego non caleo, de eodem objecto et sub eodem respectu, conc. maj. qui potest movere &c. de diverso objecto et sub diverso respectu, neg. maj. adqui sensus intimus potest &c. Dist. min. potest movere de diverso objecto et sub diverso respectu, conc. min. de eodem objecto et sub eodem respectu, ergo &c. neg. consequ.

Equidem sensus intimus moveret ad duo Judicia contradictoria si hunc hominem impelleret ad proferenda ista duo Judicia contradictoria ego caleo, ego non caleo de eodem objecto et sub eodem respectu. sed si ipsum impellat ad proferenda ista Judicia de diverso objecto et sub diverso respectu jam nulla est contradictio: quaelibet enim contradictio exigit affirmationem et negationem ejusdem et sub eodem respectu. porro sensus intimus impellit hunc hominem ad duo ista Judicia ego caleo ego non caleo, sed de diverso objecto diverso que sub respectu; qui enim duo haec Judicia profert sic se exprimere debet experior sensationem caloris de una manu, experior sensationem frigoris de altera manu. adqui talibus Judiciis diversum est objectum, siquidem diversa est sensatio, nec est idem respectus, siquidem ad hoc requireretur ut sensatio caloris esset simul sensatio caloris esset simul sensatio frigoris; ergo &c.

Inst. sensus intimus potest impellere ad judicandum falso. nam saepe testatur somniantibus, se audire concentus musicos, se videre magnificas aedes. adqui in hoc casu sensus intimus eos impellit ad Judicandum falso, siquidem nec concentus audiunt nec vident magnificas aedes ergo &c.

Neg. min. nam non sensus intimus testatur adesse concentus musicos, aut videri magnificas aedes non enim refert nisi statum praesentem animae, minime vero testatur praesentiam objectorum externorum, easdem quidem experitur anima impressiones ac si existerent objecta externa. et si eas referat, et si eas referat praesentiam illarum objectorum non per sensum intimum sed per imaginationem deludentem refert, error ergo est refundendus non in sensum intimum sed in imaginationem deludentem, quae quidem secula sunt distinguendae

Propositio 4a

Evidentia est motivum infallibile Judicandi:

Prob. illa enim est &c. quae infallibiliter connectitur cum veritate Judiciorum quae ipsa nituntur, adqui evidentia infallibiliter &c. vel enim evidentia infallibiliter &c. vel judicia ipsa nixa possunt esse falsa; adqui Judicia evidentia nixa non possunt esse falsa nam evidentia est clara visio convenientiae vel disconvenientiae idearum inter se, adqui Judicia hac clara visione nixa non possunt esse falsa. nam idem non potest esse simul et non esse. adqui si judicia hac clara visione nixa essent falsa idem esset simul et non esset. tunc enim idem simul &c. quando simul videretur convenientia et non videretur; adqui si Judicia &c. simul viderentur &c. 1o quidem videretur. ex hypothesi enim adest clara visio convenientiae vel disconvenientiae. 2o non videretur convenientia: judicium enim affirmans adesse hanc visionem esset falsum, adqui non esset falsum nisi quia non adesset haec clara visio convenientiae vel disconvenientiae &c. ergo &c.

Propositio 5ª.

Evidentia est infallibilis ab intrinseco non vero ab extrinseco.

Prob. illa est infallibilis. quae a se habet et a nullo alio mutuatur suam infallibilitatem; adqui evidentia habet &c. et a nullo alio &c. si a quodam enim suam infallibilitatem mutuaretur. maxime a veracitate divina. adqui non mutuatur &c. illa enim non mutuatur a veracitate &c. cujus non minus videmus cum veritate connexionem. licet non attendamus ad veracitatem divinam; adqui non minus videmus &c. quinimo veracitas ipsa divina evidentia ipsa nititur ergo &c.

Propositio 6ª.

Evidentia non potest esse mayor vel minor.

Prob. Nam Evidentia est clara visio convenientiae vel disconvenientiae idearum integra. adqui haec clara visio non potest esse mayor &c. illa enim non &c. quae aut totaliter ponitur aut nulla tenus. adqui & ergo &c.

Propositio 7ª.

Evidentia quaelibet paris est certitudinis.

Prob. Illa est &c. quae pari modo cum veritate connectetur, adqui quaelibet evidentia pari modo &c. nam quaelibet evidentia necessario et infallibiliter cum veritate connectitur, sed quae necessario &c. ergo &c.

Obj. contra quartam propositionem illa non est motivum infallibile judicandi cujus infallibilitas non potest probari; adqui infallibilitas evidentiae non potest &c. ergo &c.

Neg may. etiamsi infallibilitas non possit &c. nam necessaria non est probatio illius quod nulla probatione indiget, adqui evidentia nulla &c. illa enim non indiget probatione quae tam clare per se patet ut nulla possit afferri probatio ipsa clarior; adqui evidentia tam clare &c. ergo &c.

Resp. alio modo. Dist. may. illa non est &c. cujus infallibilitas non potest probari neque directe neque indirecte conc. may. cujus infallibilitas non potest probari directe nego may. adqui infallibilitas &c. Dist. min. non potest probari directe conc. min. non potest probari indirecte. neg. min. ergo neg. conc.

Itaque aliquid potest duplici modo probari vel directe vel indirecte illud probatur directe quod per motivum ipso clarius. et ab ipso distinctum probatur e.g. existentia dei per existentiam creaturarum. illud vero probatur indirecte quod probatur per mayorem sui explicationem.

Equidem. illa non est motivum &c. nisi probetur aut directe aut indirecte; sed necesse non est ut probetur directe si enim tam clare per se pateat ut nulla possit afferri probatio clarior, necesse non est. &c. adqui motivum &c. seu evidentia tam clare &c. ergo &c. porro infallibilitas evidentiae non potest probari directe, sed potest probari indirecte: illa enim probatur indirecte. quae per mayorem sui ipsius explicationem, per mayorem que evolutionem. magis et magis sensum sui facit in anima, adqui evidentia &c. ergo &c.

Obj. 2º. Illa enim non est motivum infallibile judicandi, de cujus praesentia certo menti non constat, adqui non constat, &c. ergo &c. neg.

Neg. min. nam evidentia est clara visio convenientiae vel disconvenientiae idea-

num inter se adqui menti certo constat de presentia hujus visionis &c ergo &c

Prob. min. illi certo non constat de presentia evidentiæ quæ non potest discernere evidentiam veram ab apparenti adqui mens non potest &c ergo &c

Neg min. nam evidentia vera sensum sui facit mentem illuminat adqui non itaest de evidentia apparenti ergo &c.

Prob. min. illa non potest decernere &c. quæ æquali modo afficitur ad presentiam utriusque adqui mens æquali modo afficitur &c ergo non potest &c

Dist. maj. quæ æquali modo afficitur etiam attentione data, conc maj. quæ æquali modo afficitur ante sufficientem attentionem neg maj. adqui mens &c dist maj æquali modo &c. se ante datam sufficientem attentionem conc min. data sufficiente attentione neg min. ergo &c neg conseq.

Equidem mens non posset se cernere evidentiam apparentem a vera, si æquali modo afficeretur ad presentiam utriusque, etiam data attentione; sed etsi afficiatur æquali modo ante datam attentionem sufficientem, non inde sequitur quod non possit secernere &c; affectio enim illius, ex defectu attentionis oritur non vero ex defectu evidentiæ, porro mens non afficitur æquali modo ad presentiam evidentiæ apparentis ac ad presentiam evidentiæ veræ, nisi quia sufficientem non adhibuit attentionem. quo magis enim mens attendit eo majorem sensum sui facit evidentia in animam. cum autem non attendit, umbra tantum adest quæ paulatim delitescit. ergo

Subsumunt. adqui etiam attentio non sufficit, ad secernendum evidentiam apparentem a vera ergo nulla solutio.

Prob. subsumptum, illa non sufficit &c quam mens non potest adhibere ad presentiam evidentiæ apparentis, adqui mens non potest adhibere &c ergo &c.

Neg min. illa potest adhibere eo quæ rationes sufficientes habet judicium suum suspendendo; adqui mens habet sufficientes &c. sæpe sæpius enim decepta est solis credens presentem evidentiam quæ aberat. adqui hoc sufficit. ut suum judicium suspendat, proinde quæ attentionem adhibeat

Inst. saltem mens nunquam potest esse certa. se sufficientem adhibuisse attentionem. nam ut certa foret. se &c deberet cognoscere omnes gradus adquos evehi debet attentio ut sit sufficiens, adqui mens non potest. ergo, &c. Neg maj. ut mens certa sit se sufficientem adhibuisse attentionem. necesse non est ut cognoscat omnes gradus &c sed sufficit ut certa sit se per attentionem datam percepisse convenientiam vel disconvenientiam attributi cum subjecto. non magis enim necesse est ut cognoscat &c ut certa sit quam necesse est hominem cognoscere omnes gradus per quos ascendit ad culmen montis, ut certus sit illud attigisse. adqui necesse non est. &c. ergo

Ob. 3o. illa non est notivum certum &c. quæ nullum habet signum. quo dignoscatur adqui evidentia nullum &c ergo &c

Neg min. evidentia est sui signum et hoc sufficit ut dignoscatur: sicuti enim lux solis est sui signum. et nullo alio indiget quo manifestetur pariter evidentia &c, ergo.

Prob. min. res eadem non potest esse sui ipsius signum, adqui in hac hypothesi esset res eadem sui &c ergo &c

Dist. maj. res eadem non potest &c sub eodem respectu conc min. sub diverso respectu neg maj. sic distincta minore neg conseq.

Itaque evidentia duplici modo potest esse sui signum vel sub eodem. vel &c seu quatenus est directa seu quatenus est reflexa. Evidentia directa. est ipsamet visio convenientiæ. vel &c. Evidentia reflexa est ipsamet conscientia illius visionis, Equidem

Equidem res eadem non potest &c sub eodem respectu sed potest esse sub diverso et in hoc nulla est contradictio: porro fatemur evidentiam. esse in hoc casu sui signum sed non sub

eodem respectu. Evidentia reflexa est signum evidentiae directae. ergo &c.

Quamvis ex his quae diximus demonstratum maneat existere aliquid enti dari quae propositiones evidentissimas quibus assensum nemo recusare queat; extiterunt tamen quidam philosophi qui suum assensum recusarunt de omnibus dubitantes, dicti esse sunt pyrrhoni Pyrrhonis hi duplicis generis alii sceptici alii acataleptici. Sceptici nullas admittunt propositiones certas, non negant tamen quaedam esse judicia contradictionis suis probabiliora. Acataleptici omne judicium non solum velut incertum explodunt, sed adhuc asserunt nullum esse suo contradictorio probabilius. hi omnia fatentur certa esse judicia de rerum apparentiis per quae nimirum judicamus non quid res sint in se sed quid videatur omnem autem denegant certitudinem judiciis de rebus ut in se sunt hoc nixi principio,, omni rationi datur opposita et aequalis,, quam haec absurda sint satis patet ex dictis sed magis ac magis ex dicendis patebit.

Dubium est suspensio assensûs propter aequales et oppositas hinc et inde rationes. mens igitur dubitans dicitur cum suspensa et fluctuans manet propter gravitatem momentorum hinc et inde militantium magnum adest discrimen inter dubium et ignorantiam. qui dubitat suspendit assensum propter rationes quas videt ex utraque parte militantes; qui vero ignorat suspendit assensum, quia non cognoscit rationes quibus stabiliatur aut impugnetur propositio.

Dubium duplex est effectivum et methodicum. dubium effectivum est vera assensûs suspensio propter aequales et oppositas hinc et inde rationes. dubium methodicum est ficta assensus suspensio ut videantur inquirendo momenta quibus veritas nititur.

Conclusio.

Reiciendum est dubium generale pyrrhonianorum.

Prob. Illud est reiciendum quod est impossibile sano que homine indignum. atqui dubium pyrrhoniorum &c. Primo quidem est impossibile. illud enim est &c. quod mens assequi nequit. atqui mens &c. ut enim talis hocce dubium assequeretur deberet fluctuans et suspensa manere circa propositiones evidentissimas. atqui mens non potest &c. nam ut mens maneret &c. requireretur ut rationes haberet oppositas et aequales quibus talis certitudo impugnaretur. atqui mens non habet rationes oppositas quibus &c. et etiamsi haberet, esse non forent oppositis aequales. 1.º quidem mens non habet rationes quibus &c. sunt enim istae propositiones quidquid existit est possibile; non datur effectus sine causa; totum est majus sua parte &c. atqui mens non habet rationes quibus impugnentur istae propositiones eas producant pyrrhonici si habent ergo 1.º & 2.º etsi haberet esse non forent oppositis aequales nam si essent &c. per eas tam clare mens perciperet dis convenientiam quam clare percipit convenientiam, atqui mens non potest per eas &c. ergo &c. 2.º illud dubium est homine sano indignum illud enim est &c. quod hominem infra belluas deprimit, quod est societatis et religionis eversivum, quod vitiis flagitiis cupiditatibus quae habenas laxat patentissimas atqui illud dubium &c. 1.º quidem hominem infra bellu as deprimit illud enim &c. quod tollit duarum earum facultatum quibus a belluis distinguitur. atqui illud dubium tollit &c. facultates enim illae sunt amandi ratiocinandi atqui has tollit &c. atqui enim inservient, si nihil amplius sit cognoscibile et amabile. ergo &c. 2.º est societatis eversivum. illud enim est &c. quo posito ac nulla amplius officia tenentur homines erga se ipsos et erga invicem, atqui posito &c. nulla amplius erunt &c. quandoquidem certum non erit existere patres parentes, homines ergo &c. 3.º est parites religionis eversivum. illud enim est &c. quo posito corruunt omnia illius fundamenta, atqui posito hoc dubio &c. nam illius fundamenta sunt existentia auctoris ejus praedicatio doctrinae miraculorum patratio &c. atqui posito dubio corruunt &c. siquidem certum non erit amplius, ut cum &c. ergo &c. 4.º omnibus vitiis &c. habenas laxat quod enim vitiis omnibus fraenum inicit est timor supremi judicis criminum vindicis, atqui dubium istud tollit timorem ergo &c.

Et certe. illud dubium est reiciendum quod est contradictorium atqui illud dubium est &c. illud enim quod non potest esse verum quin eo ipso sit falsum, atqui istud dubium non potest &c. quin &c. nam vel verum est dubitandum esse de omnibus, vel verum est non esse dubitandum. si verum sit dubitandum esse de omnibus jam falsum est dubitandum esse de omnibus, jam siquidem non est dubitandum quod sit de omnibus dubitandum si autem verum sit non esse dubitandum de omnibus jam etiam falsum dubium de omnibus ergo &c.

Et certe. illud dubium non est admittendum quod ipsi pyrrhonii non admiserunt atqui pyrrhonii non admiserunt dubium, illi enim non admiserunt &c. qui a dextra ita se gesserunt ac si certi essent de veritate cujuscumque rei atqui pyrrhonii a dextra &c. cum autem sitiebant bibebant cum esuriebant manducabant cum [illegible]

damabant. adqui Pyrrhoni ergo &c.

Obj. illud dubium est admittendum, quod non potest valide refutari; adqui istud dubium non potest &c ergo &c

Neg may. ex eo quod non possit valide refutari non inde sequitur quod debeat admitti si enim ita per se sit absurdum ut nulla ratione absurdius demonstrari queat. ex eo quod non possit &c non inde sequitur &c adqui istud dubium ita est per se absurdum ut nulla ratione possit &c ergo &c respondeo alio modo

Resp alio modo. illud dubium est &c dist may, quod non potest refelli; neque directe neque indirecte conc may quod non potest refelli directe, neg may. adqui istud dubium non potest &c dist min &c hac responsio &c eodem modo applicanda est ac praecedens.

Subsumunt. adqui etiam nullo modo refutari potest ergo nulla solutio. neg subsumptum.

Prob. subsum. illud non potest refutari quod cum refutatur yam refutatum supponitur, adqui istud dubium cum refutatur yam &c ergo &c neg min.

Prob min. cum refutatur istud dubium yam supponitur propositio certa; adqui supponere propositionem certam est yam supponere istud dubium refutatum ergo &c dist may

Dist may. cum refutatur &c supponitur propositio certa. sed ab ipsismet Pyrrhoniis admissa conc may non ab iis admissa, neg mai. adqui &c. si non sit ab iis admissa conc min si sit &c neg min ergo &c neg conc

Equidem suppone propositionem yam certam quae ab Pyrrhonis non admittatur ut per eam eorum dubium refutum esset yam supponere istud dubium refutatum. sed si propositio sit ab illis admissa yam non supponitur sed ex eorum concessione refutatio dirigitur. porro cum refutamus &c aliquam propositionem veram supponimus, sed quae est ab ipsismet Pyrrhonis admissa, seu supponimus principium. quod ita per se certum et clarum est. ut nihil certius et clarius dari possit. ut huic veritati et claritati assensum negari nequeat ipsimet Pyrrhonii. Equidem non ita efficax est nostra refutatio ut non mente rivaleant Pyrrhonii, et respondeant ad omnia principia, nego, sed hoc nihil ad nos. dum modo huic voci nullus insit sensus, et quilibet homo sanae mentis suum assensum. recusare nequeat.

De aliis Judicandi motivis.

De revelatione Divina.

Revelatio divina est testimonium dei Loquentis. duplici autem modo deus potest nobis Loqui vel mediate vel immediate immediate cum per se loquitur; sic homo christus factus nobis immediate revelavit ea quae in Evangeliis continentur; loquitur autem mediate cum per angelos vel homines divinitus inspiratos loquitur uti locutus est per prophetas. hanc duplicem revelationem exprimit apostolus his verbis,, multifariam multisque modis. olim deus loquens, patribus in prophetis. novissime diebus istis locutus est nobis in filio quem constituit heredem universorum per quem fecit et saecula,,

Signa indubitata quibus constat revelatio Divina sunt prophetiae et miracula; nullum aliud est medium. quo dignoscatur testimonium dei loquentis: quando autem autem constat Prophetiis et miraculis deum esse locutum, auctoritati dei revelantis assensus non potest denegari. &c

Ratio est illud Lumen in nos a deo infusum quo res clare et distincte percipimus. illud est supra rationem. quod mens clare percipere nequit illud autem est contra rationem. quod pugnat cum principiis clare cognitis. Baillius asserit illud esse contra rationem, quod est supra rationem adeoque absurdum. et impossibile esse illud, omne quod angustos mentis mentis humanae limites excedit. ut haec erronea monstra concellamus, sit.

Propositio Ia.

Revelatio divina est motivum infallibile Judicandi.

Prob nam revelatio divina est testimonium dei loquentis; adqui testimonium dei loquentis. est motivum nam testimonium entis quod nec falli nec fallere potest. est motivum. adqui testimonium dei est testimonium entis quod deus enim est Ens summe intelligens, summeque verax &c ergo
Corollarium. Ium

Ergo auctoritati divinae debetur assensus etiam in iis quae sunt supra rationem.

Prob. Nam debetur assensus auctoritati infallibili adqui ex probatis auctoritas divina est infallibilis, ergo &c

Et certe. Ideo non deberentur assensus iis quae sunt supra rationem. quia deus non posset menti proponere veritates quae ipsius captum excedunt adqui deus potest &c deus enim cum sit intelligentia infinita praeditus plura sane comprehendit quam mens humana quae limitata est in ejus cognitionibus. adqui Eris praeditum ergo &c.

Corollarium 2um

Ergo misteria Religionis christianae etiam supra rationem posita, firmissime tamen credenda sunt.

Prob. Nam firmissime credenda sunt ea quae nituntur testimonio infallibili; adqui mysteria nostrae Religionis nituntur, nam sunt a deo revelata; sed quae sunt &c et patet quod testimonium dei loquentis sit mo... tivum infallibile ergo &c.

Propositio 2a contra Baillium.

Quae sunt supra rationem non ideo sunt contra.

Prob. illud est supra rationem. quod mens non potest percipere. illud vero est contra rationem quod pugnat cum principiis certo cognitis, adqui quod mens non potest percipere non ideo pugnat &c. si enim plura sint hisce principiis conformia quae mens percipere nequit non ideo cum his pugnant ea quae non potest percipere. adqui innumera sunt hisce principiis conformia quae &c. si enim deus plura possit comprehendere quae excedunt intelligentiam nostram plura sunt hisce principiis conformia quae mens non potest percipere, adqui deus longe plura comprehendit quam non potest mens percipere, cum enim sit infinitus in omnibus, nostram intelligentiam superat intervallo etiam infinito ergo &c.

Et certe si plura sint in ordine naturali principiis certis conformia. quae tamen captum mentis humanae superant, non ideo in ordine supernaturali quaevis hisce principiis dissona quia quae ipsius captum excedunt; adqui plura sunt in ordine naturali quae &c sic omnia naturae fere mera creatio materiae plantarum vegetatio animalium generatio &c ergo

Obj. contra corollarium primum mens non debet assensum praebere ei quod non videt clare et distincte, adqui mens non videt clare et distincte quae sunt supra rationem ergo &c

Dist. maj. mens non debet &c iis quae non videt neque evidentia objecti neque evidentia testimonii, conc. maj. iis quae non videt evidentia objecti neg. maj. adqui mens non videt &c dist. maj. non videt evidentia objecti conc. min. non ea videt evidentia testimonii neg. min. et conc.

Itaque duplex est evidentia objecti et evidentia testimonii. Evidentia objecti ea est quae naturam objecti evolvit. Evidentia testimonii ea est quâ rem novimus per testimonium auctoritatis irrefragabilis. Quidem mens non debet assentiri iis quae non videt &c sed etsi non videat evidentia objecti non inde sequitur quod non debeat iis praebere. si enim auctoritas infallibilis sufficiens sit ad eliciendum assensum, ex eo quod &c. non inde sequitur &c. adqui auctoritas infallibilis sufficiens est &c ipsa enim ratio nos docet nihil esse prudentius quam credere auctoritati infallibili. porro mens non videt ea quae sunt supra rationem evidentia objecti sed videt evidentia testimonii ut enim videat sufficit ut ipsi certo constet deum ea revelasse, adqui certo ipsi constat &c ergo &c

Obj. contra corollarium 2um. Illa non debemus credere quae percipimus rationi opposita. adqui percipimus mysteria religionis nostrae rationi opposita. ergo &c neg. min.

Prob. min. non percipimus ea misteria rationi conformia. adqui eo ipso quo ea non percipimus rationi conformia eo ipso percipimus opposita; ergo &c ne

Neg. min. datur enim medium inter non percipere misteria religionis. conformia rationi et ea percipere rationi opposita scilicet neque videre ipsorum conformitatem cum ratione neque eorum oppositionem. Quidem non datur a parte rei medium inter haec duo; seu quod non est conforme rectae rationi eo ipso necessario est ipsi difforme sed aliquid potest esse rectae rationi conforme absque eo quod eam conformitatem percipiamus quaequidem nihilo minus adest etsi eam non percipiamus, ergo &c

Inst. vel illa misteria sunt conformia rectae rationi vel non; si sunt conformia, jam non sunt supra rationem, si vero sunt difformia jam sunt contra, ergo vel non sunt supra vel sunt contra

Resp. Illa mysteria esse a parte rei, recte rationi conformia, et tamen esse supra rationem quia mens humana non potest hanc conformitatem percipere.

Inst. Illa sunt recte rationi opposita quae impugnantur argumentis insuperabilibus, atqui mysteria Religionis &c. ergo &c.

Neg. maj. etiamsi impugnentur &c. non inde sequitur &c. si enim contra propositiones evidentissimas, et certitudine metaphisica gaudentes dirigantur argumenta in superabilia non inde sequitur quod ea sint recte rationi opposita, eo quod talibus argumentis impugnantur, atqui saepe saepius diriguntur argumenta &c. scilicet talia argumenta quae aliquando obscura et confusa si sic prae se ferunt ut ignoretur quaenam sit ipsis afferenda responsio. ergo &c.

De relatione sensuum.

Relatio sensuum est illa propensio naturalis qua varias sensationes varias que impressiones referimus ad objecta externa tanquam ad causas occasionales.

Observandum est non constare nobis de existentia corporum per meras sensationes, meras que impressiones. 1°. quia nulla adest necessaria connexio inter istas sensationes et corporum existentiam; corpora enim non nisi causae illarum occasionales, quas proinde deus potest nobis producere, absque hac occasione, sicuti cum ea. 2°. quia sensus non testantur nisi meras corporum apparentias quae a realitate possunt abesse, si deus ita disposuerit, sicuti adsunt cum realitate, cum deus non disposuit. certitudo autem de existentia corporum deducitur ex illa invincibili propensione, qua judicamus existere corpora ob relationem constantem et uniformem sensuum, igitur ut huic judicio sua subsistat infallibilitas debet niti relatione constanti et uniformi. his sic intellectis. sit

Propositio 1a.

Relationes sensuum constantes et uniformes sunt motivum infallibile judicandi de existentia quorumlibet corporum.

Prob. illae sunt motivum &c. quae necessariam habent connexionem cum existentia corporum, atqui Relationes constantes et uniformes necessariam habent &c. vel enim &c. vel fieri potest ut positis hisce relationibus, non existant corpora; atqui fieri non potest ut positis &c. nam deus non potest nos inducere in errorem invincibilem, atqui si positis hisce relationibus, constantibus et uniformibus non existerent corpora deus nos induceret, ille enim nos induceret in errorem invincibilem qui nos sic a natura sic instituisset ut posita hac relatione constanti et uniformi invincibili propensione judicaremus existere corpora quae tamen non existerent, atqui si posita &c. deus sic nos a natura instituisset &c. deus enim est auctor illius propensionis invincibilis. ergo &c.

Propositio 2a

Certa est metaphisice corporum existentia collective sumptorum.

Prob. illa est metaphisice certa cujus certitudo fundatur in rerum essentiis, atqui certitudo de corporum &c. illa enim fundatur &c. quae veracitate divina nititur, atqui certitudo de existentia corporum collective sumptorum nititur &c. illa enim nititur veracitate quae non potest esse fallax quin deus sit fallax, atqui haec certitudo &c. illa enim non potest esse fallax quin deus sit fallax, quae in nos a deo ipso infunditur, atqui haec certitudo &c. provenit enim a propensione invincibili cujus deus ipse est auctor. ergo &c.

Propositio 3a

Existentia cujusvis corporis distributive sumpti etsi certa sit certitudine quam maxima non gaudet tamen certitudine metaphisica.

Prob. ut certa esset metaphisice existentia cujusvis corporis requireretur ut certum esset metaphisice deum non derogasse legibus sensuum in nullo casu, atqui certum non est metaphisice deum &c. nam non repugnat rerum essentiis ut deus per miraculum derogaverit legibus sensuum ut derogavit in sacro sacramento Eucharistiae, quae quidem derogatio non est omnibus corporibus. ergo &c.

Obj. contra 1am propositionem sensationes non probant existentiam corporum illae enim quae
necessariam non habent conexionem cum existentia corporum; atqui sensationes non habent &c ergo &c
Resp. hoc argumentum non pugnare contra nos, non enim probamus existentiam corporum per
sensationes precise sed per invincibilem propensionem quam experimur ad referendum constantem et uniformem
Inst. atqui etiam illa propensio non est invincibilis ergo nihil probat a neg. subs.
Prob. subs. ut illa propensio non sit invincibilis sufficit ut cognoscamus nos posse habere sensationes
nes licet non existerent corpora. atqui certi sumus nos posse habere &c ergo &c neo
Neg. maj. ut illa propensio non sit invincibilis non sufficit ut cognoscamus posse existere eiusque
eo quod existant corpora sed adhuc requireretur ut possemus scire nos posse nos referre sensa
tiones ad corpora etiam etiam si non existant; atqui non possumus tunc quamlibet cumque enim
diligentiam adhibeamus quandam cumque attentionem demus non possemus abstinere ab hac pro
pensione, proindeque est invincibilis. ergo &c.
Obj. contra 2am propositionem ut certa esset metaphisice existentia corporum collective
sumptorum deberet fundari hec certitudo aut perceptione aut sensu intimo; atqui neque fundatur ergo
Neg. min. et dico hanc certitudinem fundari tum sensu intimo tum evidentia saltem mediate. testatur
enim sensus intimus nos experiri quasdam impressiones quas referimus ad objecta externa ex propensione
naturali; testatur adhuc evidentia nos non posse referre has impressiones ad objecta externa ex pro
pensione invincibili quin re ipsa existant. ergo &c.
Prob. min. sensus intimus non refert nisi ea quae intra nos peraguntur, evidentia autem rerum essentiam
ergo neque sensu intimo neque &c.
Dist. antecedens. sensus intimus non refert nisi ea quae intra nos peraguntur immediate et per se conc. ante.
non refert mediate et conjunctus cum evidentia neg. ante. pariter evidentia non refert nisi essentias re-
rum immediate et per se conc. antec. non refert mediate et conjunctus cum sensu intimo neg. antec. ergo
neque &c dist. consec. non nititur immediate conc. consec. non nititur mediate neg. conc. et consec.
Obj. adhuc, ideo relationes sensuum essent certae metaphisice quia deus non posset nos inducere in er-
rorem. atqui deus potest nos inducere &c ergo &c neg. min.
Prob. min. ille potest nos &c qui potest talem poenam a nobis repetere ob peccata nostra; atqui deus
potest &c Neg. min. quaelibet enim pena debet esse aut boni privatio aut mali impressio, atqui ets deus
nos induceret &c in errorem &c neque bona aliquo privaremur neque ullo malo affligeremur ergo
&c Prob. min. tam potest deus nos in errorem inducere ob penam peccati quam suppliciis nos aeternis ad-
dicere, atqui deus nos addicere potest ergo &c.
Neg. maj. et paritatem. Ratio disparitatis est quod deus nos devovendo suppliciis eternis suas perfe-
ctiones vindicet econtra nos inducendo in errorem a suis perfectionibus excideret deus enim nos
suppliciis eternis devovendo propter peccati penam, justitiae suae jura vindicat nec laedit suam bo-
nitatem, nos vero in errorem inducendo a veracitate sua excideret ergo &c
Inst. tam sensus possunt esse fallaces circa existentiam cujuslibet corporis, quam circa existentiam
panis in eucharistia. atqui sensus sunt fallaces in eucharistia ergo &c
Neg. maj. et paritatem, ratio discriminis est quod in hoc casu adsit medium detegendi erroris, eo
econtra nullum adest illius detegendi si induceremur in errorem circa existentiam alteriusvis corpo-
ris primo quidem in eucharistia adest medium detegendi erroris in eo enim adest &c in quo deus
nobis revelavit non adesse substantiam panis sed tantum meras apparentias; atqui deus nobis revelavit
ergo &c 2o circa existentiam cujusvis alterius corporis, nullum adesset medium &c in errorem nullum esset
illu nos sic a natura instituisset ut invincibiliter judicaremus, existere corpora quae tamen non existerent;
atqui deus nos sic &c ergo &c
Atqui etiam, inquiunt, sensus sunt fallaces circa eucharistiam. ergo &c illi sunt fallaces qui nos in
vincibiliter impellunt ad agnoscendum panem qui tamen abest; atqui sensus nos impellunt ergo
Neg. min. illi enim nos non impellunt &c qui nullatenus judicant de realitate panis atqui
sensus &c sed tantum de meris apparentiis. ergo &c
Prob. min. siquid impediret quominus nos impellerent ad agnoscendum panem qui abest

et maxime sensus auditus, qui ex fide testaretur deesse panem; atqui licet sensus auditus testa-
tur ex fide deesse panem. non impedit quominus &c ergo &c. neg min.

Prob. min. testimonium unius sensus non debet prævalere quatuor testimonio sensuum idem una-
nimiter referentium; atqui si sensus auditus impediret quominus &c testimonium unius sen-
sus prævaleret & ergo &c.

Dist maj: testimonium unius sensus non debet prævalere &c si sit de eodem objecto et non firmetur auctori-
tate superiori conc. min si sit de diverso objecto et non firmetur auctoritate superiori neg maj. atqui si sensus audit.
&c Dist min. testimonium unius sensus prævaleret &c sed esset de diverso objecto et firmaretur auctoritate superiori
conc. min esset de eodem objecto et non firmaretur auctoritate superiori ergo &c neg cons.

Equidem testimonium unius sensus non debet prævalere testimonio quatuor sensuum idem referentium, si sit de eo-
dem objecto et non firmetur auctoritate superiori, sed si testimonium auditus sit de diverso objecto et firmetur aucto-
ritate superiori potest prævalere testimonio quatuor sensuum. cum enim sensus non judicent de interna rerum con-
stitutione sed tantum de meris apparentiis, eorum certitudo non est nisi hipothetica. proindeque cum deus possit
internam rerum constitutionem mutare, testimonio sensuum non debetur assensus cum deus nos monet de il-
lis realitatis. assensus ergo idem dabitur illi sensui testanti non existere nisi meras apparentias, porro si sensus audi-
tus impelleret &c testimonium unius sensus prævaleret testimonio quatuor sensuum, idem referentium, sed non
esset de eodem objecto, et firmaretur auctoritate superiori. 1° non esset de eodem objecto, quatuor enim sen-
sus referunt adesse panem in eucharistia, sensus auditus non refert non adesse panem, sed adesse corpus chri-
sti. igitur per testimonium quatuor sensuum concludo adesse panem, per testimonium auditus concludo
adesse corpus christi; ad tribunal rationis procedo: et interrogo cuinam conclusioni adherere debeam,
non possum certe adherere 1æ ut pote quod deus potuerit internam rerum constitutionem mutare, iisdem re-
manentibus apparentiis: 2æ adherendo ut pote quod ratio prescribat. parendum esse auctoritati infallibili, &
dam quæ adesse corpus christi, et deesse panem quia christus ita asseruit, quæquidem auctoritas superior est au-
ctoritati quatuor sensuum, certitudo enim quæ ex tali auctoritate provenit semper est absoluta, dum certitudo quæ
provenit ex testimonio sensuum circa existentiam corporum. distributive sumptorum. non est nisi hipothe-
tica ergo &c.

Scholium 1um

Certitudo quæ provenit ex sensibus, non ita absoluta est circa existentiam corporum. ut nulla credantur existere cor-
pora quæ sub sensus non cadant; constat enim existere corpora tam exigua et tenuia ut visum fugiant, quippe in
microscopio conspiciuntur animalcula. millies et bis decies millies, minora iis quæ oculis cernuntur, hæc tamen animalcula
non sanguinem et carnem habent, sanguis et spiritus animales per canales diffunduntur. forte sunt alia animalcula quæ tam ab his
superantur quam ista ab aliis. sunt enim philosophi qui asserunt, dari animalcula alia aliis minora in infinitum.

Scholium 2um

Ex sensibus etiam non potest estimari quantitas corporum absoluta. corpus enim modo majus modo minus ap-
paret pro diversa spectatoris distantia. sic e.g. luna nobis apparet major stellis fixis, quibus tamen est longe minor,
quia nobis propior est. magnitudo etiam corporis pendet ex eo quod spectator minori sit statura, v.g. spectator quam
exiguus corpore ingens videbit quod a spectatore majori statura prædito. ut minima conspicietur.

De testimonio hominum.

Testimonium hominum inservit ad parendam certitudinem. circa facta. quorum non fuimus testes ocu-
lares dubium non est quin sint inter hoes. quidam qui aliis illudere possint et velint quidam autem absque fallen-
di desiderio, sed quia minus cauti fuerint, alios in errorem inducant; operæ pretium est igitur dignoscere cuinam
testimonio fides sit adhibenda.

Ut autem testimonium hominum certitudinem pariat circa aliquod factum, requiritur ut testes nec illi
decipi nec decipere alios potuerint; quod decipi non potuerint, hoc pendet a physica eorum constitutione seu
ab illa invincibili propensione qua de aliquo facto judicant, ob relationem constantem et uniformem
sensuum quod autem alios decipere non possint, hoc pendet a morali eorum constitutione, seu ab illis pri-
mis æquitatis et honestatis quæ spirant in omnibus hominibus et quibus renuntiare non possunt, certitudo
igitur quæ provenit ex testimonio hominum, fundatur tum physica, tum morali eorum constitutione, et quamvis
moralis sit, est tamen metaphisice non impar, ut autem certum sit, testes nec decipi nec decipere potuisse plures
requiruntur conditiones, 1° ut factum narratum sit possibile idest non pugnet cum essentiis rerum, non ideo autem est
impossibile eo quod non concipiatur ipsius possibilitas 2° ut factum sit publicum omnibus oculis conspicuum. 3°
ut factum sit magni momenti adeo ut ex ipsius veritate. pendeat hominum fortuna vel fama, eo major enim est
attentia testium quo magis ipsorum interest. 4° ut factum a pluribus unanimiter narretur tum a bis quorum

interest

interest approbare tum ab iis quorum interest negare 5.° ut factum usque ad nos pervenerit integrum, absque
ulla interpolatione his positis sit.

Propositio 1a

Fides aliquando adhibenda hominum testimonio.

Prob. vel enim fides est &c. vel admittendum est dubium generale circa facta praeterita, atqui non est
admittendum &c. illud enim non est &c. quod est religionis et societatis eversivum; atqui dubium illud
1.° quidem est religionis eversivum, illud enim est &c. quo posito corruunt praecipua religionis fundamenta
atqui posito &c. nam praecipua religionis fundamenta sunt dignitas auctoritas institutoris praedicatio doctrinae
usque ad nos non interpolatae, miracula quibus talis doctrina stabilita fuit &c. atqui posito dubio &c. corru
unt haec omnia fundamenta ergo 1.° &c. 2.° est societatis eversivum, illud enim est &c. quo posito quisque bona ubi
bi a nomen habitis neque antipiet, atqui posito hoc dubio quisque ancipiet, &c. saepe saepius enim titulorum
validitas a certitudine facto humano ferum pendet, sicuti possessionis ratio. ergo &c.

Propositio 2a

Testimonium hominum est motivum infallibile judicandi circa facta recentiora.

Prob. Testimonium enim eorum qui nec decipi nec decipere potuerunt est &c. atqui testimonium hominum circa &c.
est testimonium eorum qui nec decipi &c. 1.° quidem, est testimonium eorum qui decipi non potuerunt nam est te
stimonium eorum qui fuerunt testes coaevi et oculares; atqui testes coaevi et oculares, decipi non potuerunt te
stes enim illi non judicarunt de his factis nisi determinatione invincibili a deo proveniente ob relationem con
stantem et uniformem sensuum, atqui testes judicantes per determinationem invincibilem &c. non possunt decipi cum
tali determinatione eorum veritas fundatur veracitate Divina, atqui auctoritas testium quorum veritas funda
tur veracitate divina est irrefragabilis ergo &c. 2.° est eorum qui non potuerunt decipere. si enim potuissent
decipere, vel omnes simul, vel quidam ex ipsis tantum; atqui neque … neque &c. et primo quidem non omnes
simul nam ut potuissent omnes simul decipere requireretur ut unanimiter consensissent de transmittendo per te
nis facto. quod non evenisset, atqui impossibile est ut omnes, simul &c. nam testes illi essent diversi in
lis aetatis, sexus, et conditionis, atqui impossibile est ut testes diversae &c. ergo &c. 2.° quidam tantum ex ipsis
non potuerunt decipere illi enim non potuerunt &c. contra quos caeteri unanimiter reclamassent; atqui si
quidam voluissent transmittere posteris factum, quod non evenisset, contra eos caeteri reclamassent
sicuti nunc reclamarent ergo &c.

Propositio 3a

Testimonium hominum est motivum infallibile judicandi circa facta etiam antiquiora.

Prob. haec facta duplici via, possunt nobis transmitti traditione orali et scripta, atqui haec et altera via est in
fallibilis, 1.° quidem traditio oralis est infallibilis, nam traditio oralis, est transmissio facti alicujus a tempore quo evenit
usque ad nos, per illius narrationem, non interpolatam, atqui haec transmissio est infallibilis, transmissio enim
series testium, infallibilium est infallibilis, atqui haec transmissio est series testium infallibilium series enim testium
qui nec potuerunt decipi nec decipere est series testium infallibilium, atqui haec series, est testium qui nec potuerunt &c.
si qui enim potuissent decipi aut decipere, essent aut testes primae generationis, aut alicujus generationis sequentis,
atqui neque testes &c. neque &c. potuerunt decipi aut decipere, 1.° quidem testes primae generationis, non potuerunt decipi aut
decipere, erant enim testes erant coaevi et oculares, atqui testes coaevi et oculares non possunt, ut probavimus, decipi aut decipere ergo
2.° non testes alicujus generationis sequentis, si enim testes &c. potuissent decipi aut decipere, essent aut testes
2.ae 3.ae aut quartae &c. aut alicujus alterius, atqui neque testes 2.ae neque neque &c. 1.° quidem testes 2.ae generationis
non potuerunt decipi. nam ut potuissent decipi, requireretur ut omnes testes primae generationis consensissent, de fa
cto falso transmittendo 2.ae generationi; atqui non potuerunt &c. testes enim primae generationis, ob diversitatem inge
nii et indolis, conditionis et commodorum, non potuerunt inter se de falsitate convenire; ergo &c. 2.° testes 2.ae gene
rationis non potuerunt alios decipere, ut enim potuissent decipere alios 3.ae generationis, requireretur ut omnes
consensissent de transmittendo 3.ae generationi facto falso, ut ipsis traditio, a prima generatione, atqui
non potuerunt &c. illi enim, non potuerunt &c. contra quos reclamassent omnes testes primae generatio
nis, atqui contra eos reclamassent, &c. si consensissent, de transmittendo facto falso, ut pote ipsis tradi
to; ergo &c. de 3.a quartaque generatione eodem modo instituitur probatio, 4.° testes cujus vis gene
rationis, non potuerunt alios decipere, nam quaelibet ut haec generatio, imposturae inventrix, secum alias
adjunctas habebit multas generationes, quae ex probatis, nec decipi nec decipere potuerunt, atqui gene
ratio enim habent adjunctas &c. non potuit &c. ea enim non potuit alios decipere, contra quam recla
massent caeterae generationes, imposturae expertes atqui contra hanc generationem imposturae inventricem recla
massent caeterae illius fraudis expertes, ergo &c.

38

Dobrzyck Dobrzy
Dobr
240
137 Rth — 3 Rb.
170
Dobrzyck
223
10
9
24
70
10.
Dobrzy
2
Dobrzy
3
247
18
Dobrz
210
5
4
Dobrzy
2 —
10. Dobrzi
Dobrzy
2 —
10.
3.
3.
Schmiedemeister
2907
3.
3.
durch Schnitt
2.
2.
Dobrzyck
Dobrzy
12.
18.
242
180
Einem Königl. Wohllöbl.: 90
Bezirk. Magistrat zu
2
180
Rosenthal Drobnin
60
Dobrzy
240
Reisen
Reisen
Reisenthal
Reisenthal
partter
painter
Dobrzyck
Dobrzyck
Dobrzyck
Dobrzyck

2º. Traditio scripta est pariter infallibilis. sint enim facta in Evangeliis inserta, adqui hec facta sunt inserta; adqui hec facta sunt certa, illa enim sunt certa, que narrantur a testibus qui non potuerunt decipi, qui noluerunt alios decipere, qui etiamsi voluissent, non potuissent, et que usque ad nos pervenerunt non interpolata; adqui hec facta narrantur &c. et 1º. quidem narrantur a testibus qui non potuerunt decipi, narrantur enim ab apostolis; adqui apostoli circa hec facta non potuerunt decipi; nam Apostoli erant illorum testes, coevi et oculares, adqui posito quod fuerint &c. non potuerunt &c. nam posito quod fuerint testes coevi et oculares, ut potuissent decipi requireretur ut potuerint sibi persuadere se vidisse quod non viderent, se audire quod non audirent se tangere quod non tangerent, adqui apostoli non potuerunt talia sibi persuadere, nam deus non potest esse auctor erroris, adqui si talia potuissent sibi &c. deus esset &c. ille enim esset auctor erroris qui esset auctor illius determinationis invincibilis, ad judicandum falso, adqui deus esset &c. ergo &c. 2º. noluerunt decipere, illi enim noluerunt &c. qui nullum habebant commodum ex sua deceptione reportandum, adqui apostoli nullum &c. si enim habuissent &c. vel a deo vel vel a hominibus; adqui neque &c. et 1º. quidem nullum habebant a deo. nam deus non potest esse remunerator imposturæ, adqui in hoc casu fuisset &c. ergo &c. 2º. nullum habebant commodum ab hominibus reportandum si enim habuissent &c. vel bona fama vel divitias vel voluptates, adqui nullum ex his habebant expectandum non bona famam, ibant enim gaudentes cum digni habebantur pro nomine jesu contumeliam pati, non divitias, unica enim contenti tunica, sine argento sine, nent [illegible] cursus apostolicos perficiebant, non voluptates; omnibus enim renunciaverant, ut mortificationem Jesu in se portarent ergo [illegible] [illegible] si apostoli habuissent aliquod commodum reportandum ex sua deceptione, ab hominibus, esset a Judeis vel a paganis, adqui neque &c. neque &c. 1º quidem non a Judeis, predicabant enim ipsis christum quem ipsi quem ut infestissimum [illegible] inimicum, interemerant, ipsisque scandalum, adqui nedum ab iis, commodare potius et econtra cruces, verbera carceres, vincula experti fuissent, ergo &c. 2º. non a paganis. unicum enim, deum esse adorandum predicabant falsa esse eorum numina asserebant, suis cupiditatibus esse renuntiandum, adqui ante talia his predicantes, nullum ab iis reportaturi erant commodum, ergo &c.

3º etiamsi voluissent alios decipere, non potuissent, nam ut potuissent &c. requireretur, ut potuissent persuadere aliis etiam testibus coevis, et ocularibus evenisse facta, que tamen non evenerint, et etiam hec facta falsa, scriptis publicis mandare, adqui neque &c. neque &c. 1º quidem non potuerunt aliis persuadere, et eiusdem nam ut potuissent &c. requireretur ut potuissent iis persuadere se illos vidisse quod non vidissent, se legisse quod non legissent se audisse quod non audissent adqui non potuerunt &c. ea enim ea enim non potuerunt illis persuadere que deus ipsemet non posset adqui deus ipsemet non posset falsa persuadere ergo &c.

2º non potuerunt talia facta scriptis publicis mandare. illi enim non potuerunt &c contra quos reclamassent omnes, adqui si mandassent &c. hec enim facta sunt quam maximi momenti, omnium intererat, ea dignoscere, omnes quam facillime poterant, de eorum veritate edoceri, adqui si facta tam maximi momenti fuissent mandata &c. contra eos reclamassent &c. sicut nunc reclamarent omnes, contra scriptores, deceptores, qui facta talis momenti posteritati transmitterent, que tamen non evenissent, ergo &c.

4º. hec facta pervenerunt usque ad nos, non interpolata, si enim fuissent interpolata, vel a judeis vel a christianis; adqui neque &c. neque &c. nam hec facta inserta sunt, in libris qui erant in manibus judeorum sicut et christianorum; unde si alteruter aliquam mutationem in his factis inserere voluisset alter statim contra reclamasset, ergo &c.

Propositio IVa

Testimonium hominum est ex se moraliter certum,

Prob. nam testimonium illud fundatum morali hominum constitutione; sed quod fundatur &c. nam quod nititur fundamento, immutabili et irrefragabili est certum. sed quod fundatum morali &c. nititur &c. moralis enim hominum constitutio, consistit in quibusdam, principiis equitatis et veracitatis in propensione naturali, ad verum, in amore pacis tandem et tranquillitatis, adqui hec fundamenta sunt immutabilia, et irrefragabilia. illa enim sunt &c. ut possunt omnes homines simul iis principiis renunciare et propensione contraria, ad falsum, propendere, vel abiicere omnem famæ et pacis amorem, adqui hec omnia repugnant, ergo &c.

Propositio Quinta

Testimonium hominum caracteribus designatis, preditum, est metaphysice certum,

Prob. illud est &c. cujus veritas fundatur in veracitate divina, adqui veritas illius, fundatur &c. illud enim fundatur &c. quod non potest esse falsum, quin deus sit fallax adqui testimonium hominum &c. non potest &c. quin &c. nam istud testimonium non potest esse falsum quin mutetur physica moralisque hominum constitutio, adqui non potest mutari physica &c. quin &c. 1º. quidem non potest mutari physica hominum constitutio quin deus sit fallax nam physica horum constitutio, consistit in eo quod, posita constanti et uniformi, sensuum relatione, invincibili determinatione judicent verum esse quod unanimiter illi sensus referunt adqui non potest mutari hec determinatio invincibilis quin deus sit fallax, ille enim esset fallax qui nos contradictoria modo atque invincibili determinaret, adqui si se mutaret ista determinatio &c. deus nos [illegible] 2º. non potest mutari moralis horum constitutio, quin &c. nam moralis horum constitutio, consistit in principiis, quibusdam equitatis, &c. adqui non possunt mutari hec principia quin deus &c.

 fallax. quia ille enim esset fallax qui sibi contradiceret adqui si mutarentur, ista ppia [ille] enim sibi contradiceret, qui impressisset in hominibus principia quibus contradicentia postea imprimeret adqui si mutarentur haec ppia &c. haec enim ppia, sunt nobis a Deo insita ergo.

Prob. alio modo, Testimonium hominum esse motivum infallibile judicandi; circa facta assequimur sit enim. vg. Existentia Julii Caesaris, adqui Testimonium hominum circa existentiam Julii Caesaris est &c. illud enim est motivum &c. quod necessariam habet connexionem, cum existentia Julii Caesaris, adqui testimonium hominum, circa &c. necessariam habet. illud enim habet &c. quod non potest oriri, nisi a veritate existentiae Julii Caesaris, adqui testimonium hominum circa &c. non potest oriri nisi &c. vel enim oritur a veritate, vel mitur a Deo vel a hominibus adqui neque &c. est. 1° quidem non oritur a Deo. nam Deus est summe verax, ut non potest adstare erroris [illegible], adqui si Testimonium hominum circa &c. oriretur a Deo, Deus esset auctor &c. ergo &c. 2° non potest oriri a hominibus, si enim testimonium hominum circa existentiam &c. oriretur ab hominibus vel ab omnibus simul vel a quibusdam tantum, adqui neutrum dici potest, 1° non ab omnibus simul, ut enim oriretur ab omnibus requireretur ut omnes homines cujuscumque aetatis sexus, conditionis, religionis, et gentis, consensissent, de [illegible] falso posteris transmittendo; adqui impossibile est, ut omnes homines &c. nam homines inter istos diversa sunt commoda diversae indoles, adqui ob diversa commoda diversasque indoles, impossibile est ut omnes homines consentirent &c. quod enim uni placeret alteri displiceret; deinde si tali modo consensissent, etiam transmisissent ad posteros ista consensio, ergo &c. 2° non a quibusdam; nam ut tale testimonium oriri potuisset a quibusdam requireretur ut pauci impostores, omnibus persuadere potuissent extitisse bellatorem potentissimum, qui omnes populos debellaverit, de quo tamen nemo unum quidem verbum audissent, adqui pauci impostores non potuissent &c. illi enim non &c. contra [illegible] omnes insurrexissent, et reclamassent, adqui contra hos impostores insurrexissent et reclamassent &c. sicuti nunc omnes insurgerent et reclamarent, contra quosdam qui [illegible] dum tale falsum narrarent ergo &c.

Propositio 6.

Testimonium paucorum hominum, est aliquando metaphysice certum,

Prob. sit enim Testimonium Apostolorum, circa facta Evangelica, adqui testimonium Apostolorum certum est &c. illud enim metaphysice certum, quod non potest esse falsum, quin Deus sit fallax adqui testimonium apostolorum &c. ille enim esset fallax qui omnes homines, invincibiliter induceret in errorem, absque sua culpa, et qui nullum suppeditasset medium, detegendi erroris; adqui si falsum esset testimonium apostolorum &c. tamen Deus induxisset &c. illi enim inducerentur in errorem absque sua culpa. qui absequendo rationis dictamina omnes prudentiae regulas observando, coacti fuissent admittere ut veram religionem, quae tamen esset falsa adqui; si falsum esset, testimonium apostolorum, homines obsequendo &c. et observando &c. coacti fuissent &c. nullum enim est testimonium quod vestiatur caracteribus veracitatis [illegible] quam testimonium apostolorum, circa &c. ergo &c. 2° nullum suppeditasset medium, detegendi erroris, ille enim nullum &c. qui nedum homines ab errore removeret, econtra magis ac magis in eo continuasset, adqui nedum Deus &c. magis ac magis &c. permisit enim Deus ut in omnibus seculis, omnes saltem moraliter homines, hic error invaderet ergo &c.

Obj. 1° Testimonium, ~~hominum~~ eorum qui sepe sepius, alios decipiunt non est motivum infallibile judicandi adqui homines sepe sepius alios decipiunt ergo &c.

Neg. maj. eo quod homines sepe sepius alios decipiant, inde sequitur quod in quibusdam casibus non sit vestitum eorum testimonium, caracteribus necessariis ad certitudinem pariendam; adqui &c. ex eo quod testimonium hominum non sit vestitum &c. non inde sequitur quod non sit motivum infallibile cum enim ipsi infallibilitatem, in esse asserimus quasdam requirimus conditiones sine quibus nulla fides ipsi adhibenda est. ergo &c.

Obj. 2° Testimonium hominum nullam parit certitudinem circa facta antiquiora, circa ea enim &c. quae, sunt eo minus certa quo sunt antiquiora. adqui facta, sunt eo minus &c. ergo &c.

Neg. min. ideo enim facta sunt certa, quia certum est testes illorum nec decipi nec decipere potuisse, adqui antiquitas factorum minor aut major non impedit, quominus certum sit, testes nec decipi &c. ergo licet certe sint miracula christi; adqui miracula christi, non ideo sunt minus certa, quia sunt antiquiora, illa enim non ideo sunt &c. quae nedum certitudinis gradum amiserint, econtra vim majorem acquisierint ad convincendum et persuadendum; adqui &c. cum enim fuerint a pluribus in dubium revocata, et ab infidelibus vellicata, majori fuerint subjecta examini, itaque ponderata sunt momenta, quibus innitebantur, quibusque impugnari potuerint, ut certius contemporaneum fuerint, nullam circa ea, fraudem latere potuisse ergo &c.

Obj. 3° sit testimonium hominum, circa miracula; adqui circa miracula non est motivum infallibile &c. ergo &c.

ut enim circa miracula, testimonium hominum sit motivum &c. sufficit ut testes illorum nec decipi nec decipere potuerint, adqui testes illorum nec … nec decipi &c. ergo &c.
Prob. circa ea testimonium hominum non est &c. quia certius est non evenisse, quam evenisse adqui certius est miracula non evenisse, quam &c. ergo &c. neg. min.
Prob. min. certum, est physice miracula non evenisse, certum est moraliter tantum ea evenisse, adqui quod certum est physice, certius est quam illud, quod certum est moraliter, ergo certius est miracula non evenisse.
Neg. min. quod certum est physice moraliter &c. seu certitudo physica major non est morali; certitudo enim physica fundatur in legibus a deo libere constitutis, quibus propterea derogare potest, igitur certitudo physica assensum nostrum non determinat, nisi in quantum constat deum non immutare illas leges, si vero constet deum iis derogasse, certitudo physica tunc nulla est, v.g. si quis referat mortuum surrexisse, certitudo physica tunc nulla est ipsum non fuisse suscitatum si per legitimos testes constet deum in hoc casu communibus hominum legibus derogasse, unde si certo constet deum in nullo casu certitudini morali derogasse, eo major est ista moralis certitudo, certitudine physica, adqui certum est deum nullo in casu &c. ut enim derogasset &c. requireretur ut constitutionem physicam et moralem hominum immutasset, adqui certum est deum nullo in casu physicam &c. ergo &c.
Inst. adhuc contra facta antiquiora, circa ea testimonium hominum non est motivum infallibile &c. quorum certitudo in dies decrescit, adqui certitudo circa facta antiquiora, quotidie &c. ergo &c. Neg. min.
Prob. min. eo magis decrescit certitudo quo debilius per eam anima afficitur, adqui quo facta sunt antiquiora, eo debilius &c. ergo &c.
Dist. maj. quo debilius afficitur anima, seu quo minor est illius convictio conc. maj. seu quo minor est impressio in ipsa neg. maj. pariter distincta minore neg. consec.
Itaque anima potest affici duplici modo circa factum aliquod, eo quod minor sit ipsius convictio quia decreverint rationes quibus implebatur vel quia debilius fuerit commota, equidem certitudo eo minor est quo minor animae convictio, sed non ideo minor quia debilius afficeretur; certitudo enim alicujus facti desumitur ex evidentia probationum, per testes legitimos; adqui hec evidentia potest esse eadem quamvis debilius anima afficeretur, ergo &c. porro, quo facta sunt antiquiora, &c. id est, minor est impressio quia sensu seu evanescente objecto, sensus per ipsum excitatus evanescit, seu minus agitamur quam cum praesens erat factum; sed non ideo debilitatur convictio, ut enim non sic &c. sufficit ut perseveret eadem evidentia testimonii; adqui perseverat &c. ergo &c.
Obj. 4°. illud non est motivum infallibile &c. quod resultat ex meris probabilitatibus adqui testimonium hominum resultat &c. ergo &c.
1°. neg. maj. inde sequeretur quod probabilitas addita probabilitati, non posset certitudinem parere, adqui probabilitas addita &c. potest &c. nam probabilitates sunt totidem gradus quibus approximatur ad verum, unde quo plures erunt, eo magis per eas, mens veritatem attingere poterit, ergo &c.
2° neg. maj. prob. min. testimonium hominum resultat ex testimoniis particularibus, adqui quod resultat &c. est tantummodo resultans ex meris probabilitatibus; ergo &c.
Neg. maj. testimonii hominum certitudo, non est desumenda ex testimoniis particularibus sejunctim sumptis sed a collectione testium; eo enim infallibilius est, quo inter se magis consentientes sunt idem factum referentes, ergo &c.
Obj. 5°. testimonium hominum non est motivum infallibile, circa facta antiquiora, circa ea enim non est &c. quorum plurima nunc ut fabulae ab hominibus habentur, adqui plurima facta antiqua ut fabulae &c. ergo &c.
Neg. maj. e contra sequitur, illud esse infallibile, illud enim est &c. per quod certo constat de falsitate eorum factorum, quae nunc ut fabulae habentur; adqui per testimonium hominum certo constat &c. ergo &c.
Schol. 1um
Ex dictis liquet, duplex esse motivum judiciorum nostrorum circa facta antiqua proximum et ultimum proximum est ipsamet relatio hominum, ultimum est eius veracitas, qua corroboratur praedicta relatio, eodem modo accedit circa sensum relationem.
Scholium 2um
Probata et ab omnibus admissa infallibilitate testimonii hominum, haec via, quae dicitur factorum, est caeteris viis discussionis anteponenda, ut pote quod sit lucidior et facilior, unde cum conveniendum erit religionis hostis prius ipsi facta proponantur quam argumentatio, nam argumentatio est difficultatibus obnoxia; argumenta vero ex factis petita omnium captui sunt accommodata, et paucioribus difficultatibus obnoxia.

De Memoria.

Memoria est cognitio affectionum mentis preteritarum cum intima persuasione, eas olim in men
te extitisse. Sedulo distinguendo sunt imaginatio recordatio, et memoria, imaginatio est facultas revocandi
in mentem imagines preteritas: recordatio est actualis cognitio illarum affectionum, memoria est judicium,
quod invincibiliter determinat nos ad credendum illas olim in mente extitisse his positis sit,

Propositio.

Memoria est motivum infallibile judicandi, de affectionibus preteritis.
Prob. illa enim est &c. quod infallibiliter connectitur cum veritate existentie, affectionum preteritarum in
mente atqui memoria infallibiliter &c. vel enim memoria infallibiliter &c. vel fieri potest ut olim non ex
titerint in mente affectiones ille quarum memoria habetur atqui fieri non potest &c. nam posita hac me
moria, invincibili propensione judicamus, has affectiones, olim in mente extitisse, atqui posita hac invinci
bili propensione fieri non potest &c. nam deus non potest esse autor erroris, atqui si posita hac invinci
bili propensione non extitissent &c. deus esset autor erroris ille enim esset autor erroris qui nos invincibi
liter determinaret ad judicandum falso, atqui si posita &c. deus nos &c. ille enim nos determinaret &c. qui
esset autor illius propensionis invincibilis qua &c. atqui deus esset autor illius propensionis, ergo &c.
Et certe vel illa propensio invincibilis oritur a deo vel ut quidam affingunt oritur a genio qualem ma
ligno; atqui illa propensio, non potest oriri &c. nam genium istud deberet esse omnipotens ut pote quod
supremam habeat in mentem nostram potestatem, eamque invincibiliter impellat ad judicandum, debe
ret esse summe intelligens, ut pote quod innumera suppeditaret, menti nostre cogitationes, deberet esse
summe beneficum, ut pote quod continuo mentem nostram nova cogitationum supellectili ditaret, atqui ab
surdo absurdius est dicere hoc genium, esse summe potens summe intelligens, summe beneficum, ergo
Obj. 1°. illa non est motivum infallibile &c. quod juxta omnes est errori obnoxium, atqui juxta omnes memoria &c.
Neg. min. non memoria est errori obnoxia, sed aut imaginatio, eo quod non possumus nobis clare in
mente efformare imaginem, rerum preteritarum aut eo sensu quod cum nos ille existunt in men
te, non possumus asserere, has olim extitisse, et si error adest, non est in memoriam refundendus sed potius in obscurita ergo
tem memorie ergo &c.
Obj. memoria non potest dici infallibilis quin nitatur motivo infallibili; atqui memoria non nititur ergo
Neg. min. motivum, quo niteretur ut esset infallibilis, esset aut sensus intimus aut evidentia, atqui neque sen
su intimo neque evidentia nititur, ergo memoria nullo motivo infallibili nititur.
Neg. min. memoria nititur tum sensu intimo tum evidentia, saltem mediate. testatur enim sensus inti
mus adesse in nobis, hanc propensionem invincibilem qua judicamus affectiones que nunc existunt in mente, olim in ea
extitisse, testatur quoque evidentia non posse adesse hanc propensionem, invincibilem, quin affectiones nunc in men
te existentes, olim in ea extiterint. ergo &c.

De Propositione

Propositio cum sit enunciatio judicii, constare debet terminis exprimentibus, convenientiam aut
disconvenientiam, idearum inter se, quapropter in omni propositione, adest, ut jam diximus, sub
jectum attributum et copula.
In tribus capitibus dividemus, que dicturi sumus de propositione, 1um erit de quantitate 2um de
qualitate 3um de variis ejus speciebus Caput 1um.

De quantitate propositionis

Quantitas propositionis est ipsius extensio, que desumitur ab extensione subjecti; extensio autem subjecti
est complexio omnium individuorum, in ipso contentorum, unde propositio universalis ea est cujus
subjectum, est universale, et sumitur secundum omnia individua, v.g. omnis homo.
Propositio particularis ea est cujus subjectum est particulare et sumitur secundum quam
dam extensionis partem v.g. aliquis homo.
Propositio singularis ea est cujus subjectum est singulare, et aliquid determinate significat, v.g. Pe
trus, est locutus hec propositio revocari potest ad universalem, sequitur enim leges propositionis univer
salis; sicut enim subjectum propositionis universalis, sumitur secundum omnem suam extensionem, sic et
subjectum propositionis singularis, sicut etiam, e duabus universalibus legitime potest concludi,
ita etiam e duabus singularibus.

Propositio indefinita ea est cujus subjectum est terminus communis, nulla aut particularis aut universalitatis nota affectus. Propositio ista, est universalis metaphisicæ, si sit in materia necessaria, v.g. hoes sunt rationales, id est nullus est homo qui non sit rationalis, est autem universalis moraliter, si sit in materia contingenti, v.g. hoes sunt nigri, corvi sunt albi, istæ propones non sunt particulares, sunt enim falsæ, sed si essent particulares, id est si de quibusdam tantum intelligerentur essent veræ quidam enim hoes sunt nigri, quidam corvi sunt albi; si propositio indefinita aliquod factum historicum enunciet, ut plurimum est particularis v.g. milites plectentes coronam de spinis imposuerunt in caput ejus, sensus est quosdam milites imposuisse.

Aliæ sunt propones quarum subjectum est terminus collectivus, v.g. respublica populus, et istæ videntur revocandæ ad singulares. earum enim subjectum spectatur quasi unum morale.

Caput 2um

De qualitate propositionis

Qualitas propositionis est ejus affirmatio aut negatio, veritas aut falsitas, ex natura affirmationis et negationis, fluunt quædam axiomata, ea diligentius observanda, quod ex eorum intelligentia, pendeat tota ars syllogistica. ut autem intelligantur, sedulo distingui debent, extensio et comprehensio; extensio est complexio omnium individuorum, quibus terminus convenit, comprehensio autem, est complexio omnium attributorum rem constituentium, sic extensio hominis sunt omnes hoes, comprehensio autem sunt omnia hujus attributa, Itaque.

Axioma 1um

De propositionibus affirmantibus

Attributum propositionis affirmantis secundum totam suam comprehensionem dicitur de subjecto.

Prob. nam in propone affirmante, enunciatur de attributo quod conveniat subjecto, atqui convenit ipsi secundum totam suam comprehensionem; illud enim convenit de quo natura et proprietates omnes enunciantur, atqui natura et proprietates omnes attributi, enunciantur de subjecto; v.g. in ista propone, homo est animal animal dicitur de hoe, secundum omnia sua attributa, neque enim ullum quidem sit quod ipsi non conveniat.

Axioma 2um

Attributum propositionis affirmantis, dicitur de subjecto, secundum totam extensionem subjecti.

Prob. nam in propone affirmante, enunciatur de attributo, quod conveniat subjecto; atqui convenit ipsi secundum totam extensionem subjecti; illud enim convenit quod enunciatur de omnibus individuis in subjecto expressis; atqui attributum propones affirmantis enunciatur de omnibus individuis v.g. in ista propone omnis homo est animal, animal enunciatur de omnibus individuis hominis.

Axioma 3um

Attributum propones affirmantis, non sumitur secundum totam suam extensionem sed sumitur particulariter. Prob. illud sumitur particulariter quod non enunciatur de subjecto, secundum numerum individuorum in ipso contentorum, atqui attributum propones affirmantis non enunciatur v.g. in ista propone, omnis homo est animal, si enim enunciaretur animal de homine, secundum numerum individuorum quæ continet, nullum præter hoem esset animal.

Axioma 1um

De propositionibus negantibus.

Attributum propones negantis, non excluditur a subjecto, secundum totam propriam suam comprehensionem.

Prob. nam in propone negante, enunciatur de attributo quod disconveniat subjecto, atqui non enunciatur disconveniens secundum totam suam comprehensionem, si enim enunciaretur nulla esset proprietas attributi quæ non disconveniret subjecto atqui patet enunciari disconveniens subjecto dum enunciatur nullam esse proprietatem, in eo quæ non ipsi disconveniat; v.g. in ista propone, lapis non est lapis, nihilominus lapis excluditur a petra, licet quædam sit proprietas in lapide quæ ipsi non disconveniat, v.g. soliditas.

Axioma 2um

Attributum propones negantis excluditur a subjecto, secundum totam extensionem subjecti,

Prob. illud enim excluditur quod ab eo removetur secundum numerum individuorum in ipso contentorum, atqui attributum propones negantis removetur v.g. in ista propone, nullus homo est justus, justitia excluditur ab omnibus hominibus eo sensu quod cum fuerit iis comparata, nulli inventa convenire si

Axioma 3um

Attributum propones negantis excluditur a subjecto secundum totam propriam suam extensionem seu sumitur universaliter. Prob. illud sumitur universaliter quod excluditur a subjecto secundum numerum individuorum in ipso contentorum, atqui attributum propones negantis, excluditur v.g. in ista propone,

pone homo non est lapis sensus est hominem non esse nullum lapidem neque hunc neque alium adeo ut omnia in sensu [illegible] lapidis excludantur ab homine

De veritate propositionis

Veritas propositionis est ipsius conformitas cum objecto suo est autem conformis objecto suo quando affirmat aut negat quod ipsi convenit aut disconvenit, falsitas propositionis est ejus difformitas cum objecto suo est autem difformis cum affirmat quod ipsi disconvenit aut negat quod ipsi convenit.

Propositio

Omnis Propositio Logica est determinate vera aut falsa,

Prob. nam Propositio Logica habet sensum determinatum atqui eo ipso est vera aut falsa nam si habeat sensum determinatum, aliquid de objecto affirmat aut negat; atqui eo ipso quo affirmat aut negat est vera aut falsa nam vel affirmat de objecto, quod ipsi convenit et tunc est vera, vel affirmat quod ipsi disconvenit et tunc est falsa ergo.

Ambigitur inter Logicos de quibusdam propositionibus quas contendunt neque veras esse neque falsas, et hae sunt, propones ~~promissoriae~~, practicae, falsificantes,

Propones practicae ~~promissoriae~~ sunt eae, quae operantur quod significant v.g. ista christi, v.g. hoc est corpus meum, est etiam determinate vera, quia dum absolvitur, objectum suum efficit.

Propones promissoriae, sunt eaeque aliquid significant, quasi praesens quod tamen est futurum, v.g. ista [illegible], est determinate vera, si refertur ad tempus futurum, sensus enim [illegible] faciebo,

Propones falsificantes sunt ex quarum falsitate sequitur veritas, et ex veritate falsitas, v.g. supponitur custos pontis, qui praecipere debeat in flumen, omnes qui falsum dixerint, advenit quidam ad custodiendum, tu me praecipies in flumen, hanc propositionem vocant falsificantem, et contendunt neque veram esse neque falsam, quid enim inquiunt, deluvius est custos, si praecipiat in flumen, dixit verum ac proinde non debuit praeci, si non praecipiat, falsum dixit ac proinde debuit praeci, haec propositio est determinate vera aut falsa [illegible] sumpta habet enim sensum determinatum ex eventu futuro unde si praecipitet verum dixit [illegible]

Nulla Propositio in materia necessaria, nunquam fieri potest de vera falsa, et de falsa vera, cum enim ipsius attributum necessario conveniat aut disconveniat subjecto, non potest mutari ipsius conformitas aut difformitas, pariter in materia contingenti, v.g. ista Propositio petrus studet, vera fuit ab aeterno, quia refertur ad tempus quo petrus studet

Propones aliquando verae sunt, quia subjectum per quamdam attributi partem restringitur, quae alioquin falsae essent, v.g. ista, omnes gratia dei justificantur, sensus est eos qui sunt justi, per gratiam dei esse justos.

Propones etiam aliquando verae sunt, ob communem intelligendi morem, v.g. si titulus alicui attribuitur communiter quamvis sit ipsi, minime conveniens: sic rex gallorum, vocatur rex christianissimus, et nihilominus sic vocaretur licet munia religionis non adimpleat, quia titulus dignitati, non personae tribuitur

Signum saepe sepius sumitur pro re significata, ut autem recte sumatur debet esse naturale ex auditorum animo et consensu, determinatum ad talem rem significandam, v.g. ista propositio danielis, tu es caput aureum, ad significandum ipsam repraesentari per caput aureum, sic etiam ista, circumcisio est foedus, hoc est signum foederis.

De oppositione propositionum,

Oppositio Propositionum est earum pugna quoad qualitatem, oppositio propositionum consistit in affirmatione et negatione ejusdem de eodem et sub eodem respectu,

Prob. in eo consistit quo praecise posito propones concipiuntur oppositae, et quo sublato, non concipiuntur atqui praecise posita affirmatione 1° quidem nam posita affirmatione et negatione quomodo una affirmat quod altera negat, una adstruit quod altera destruit, atqui propones concipiuntur oppositae, ergo 1° 2° sublata affirmatione, et negatione, ejusdem propones non concipiuntur oppositae, si affirmatio et negatio non sit ejusdem rei, nulla est oppositio v.g. est justus deus, [illegible] non est doctus, neque etiam si non sit affirmatio [illegible] eodem respectu. v.g. [illegible]

45 est doctus Paulus non est doctus pariter si non sit affirmatio et negatio sub eodem respectu v.g. paulus est doctus in philosophia, Paulus non est doctus in theologia, ergo.

Hinc sequitur propones contradictorias, et contrarias, tantum, stricto sensu opponi, Propones contradictoriæ sunt eæ quarum una præcise negat quod affirmat altera, v.g. omnis homo est doctus aliquis homo non est doctus,

Propones contrariæ sunt illæ quarum una plus negat, quam affirmat altera, adeo ut inter utramque possit dari medium, v.g. omnis homo est romanus pontifex nullus homo est romanus Pontifex. medium dari potest ista propoo unus homo est romanus pontifex.

Oppositiones contrariæ videntur revocandæ ad contradictorias: sunt enim compositæ ex pluribus singularibus contradictoriis; unde proprie loquendo, unica erit oppositio contradictoria,

Assertio 1a.

Propones contradictoriæ non possunt esse simul veræ neque simul falsæ,

Prob. illæ enim non possunt &c. quarum una non potest esse vera, quin altera sit falsa, et vicissim atqui in propositionibus contradictoriis, &c. nam propones contradictoriæ se se mutuo refellunt, atqui et duabus propositionibus se se mutuo refellentibus una non potest esse vera, quin &c. nempe si propoo quæ refellit est vera, ea quæ refellitur est falsa,

Assertio 2a.

Duæ propones contrariæ non possunt esse simul veræ, sed possunt esse simul falsæ,

Prob. 1a. nam duæ propones contrariæ se se mutuo refellunt; atqui duæ propones se se mutuo refellentes non possunt esse simul veræ, illæ enim non possunt &c. quarum una non potest esse vera quin altera sit falsa, atqui e duabus &c. se se refellentibus, una non potest &c. quin &c. ut dictum in prima assertione,

Prob. 2a pars, nempe possunt esse simul falsæ, nam duæ propones contrariæ sunt eæ quarum una plus negat quam affirmat altera; atqui duæ propones, quarum &c. possunt esse simul falsæ, illæ enim &c. inter quas media dari potest propoo ex cujus veritate sequeretur falsitas duarum contrariarum, atqui inter &c. dari potest &c. v.g. istæ propones omnis hoo est justus, nullus hoo est justus, si falsa sit 1a propoo et plus 2a negat quam sufficit ad eam refellendam, ista aliquis hoo est justus erit vera, quia præcise negabit quod altera affirmat,

Assertio 3a.

Propositiones quælibet contradictoriam admittunt,

Prob. nam propoo quælibet aliquid affirmat aut negat, atqui propoo quæ &c. admittit contradictoriam, si affirmet dari potest propoo quæ præcise neget, si neget dari potest quæ affirmet, atqui cum propositioni affirmanti opponitur præcise negans, vel neganti præcise affirmans tunc datur contradictoria ergo &c.

Quamvis cuilibet propoi contradictoria inveniri possit, sæpe tamen difficillimum est eam determinare, cum autem non parvæ sit utilitatis, eas cognoscere, quia sæpe in theologia contradictoriæ inveniendæ sunt propositionibus hæreticis, quasdam statuemus regulas. propoi simplici soli quærenda est contradictoria; unde quælibet propoo complexa, aut composita, est in simplicem resolvenda, formanda quæ altera, quæ præcise neget aut affirmet quod altera affirmat aut negat,

Si propoo sit methaphisice universalis, ipsius contradictoria erit, propoo particularis, singulari numero expressa, v.g. Omnis hoo est animal; contradictoria est, aliquis hoo non est animal,

Si propoo sit universalis moraliter cum intelligatur de majori tantum parte, resolvenda est in aliam, quæ accurate exprimat, quod per eam significatur, deinde habebitur contradictoria, si copulæ præponatur particula non, v.g. omnes hoes sunt docti, sic resolvenda est, plerique hoes sunt docti, ejus contradictoria erit, plerique hoes non sunt docti, si propoo sit particularis, et in singulari numero ejus contradictoria erit propoo universalis, v.g. aliquis homo est doctus, nullus hoo est doctus, si propoo particularis sit in plurali numero, difficilius invenitur contradictoria; v.g. aliqua dei mandata sunt impossibilia, non sic debet ipsi contradici, nullum mandatum est impossibile; essent enim duæ propones contrariæ, nec dici potest aliqua dei mandata non sunt impossibilia; non enim essent oppositæ, et &c. dicen-

sis mandatis possint intelligi, sic ergo negabitur propo,, plura dei mandata sunt impossibilia,, illi contra dicitur per istam,, non plura dei mandata sunt impossibilia, aut, ne unumquidem dei mandatum est impossibile.
5° sit propo singularis praeponetur copulae particula non. v.g. petrus est doctus, petrus non est doctus.
Si propo sit indefinita cognoscetur ipsius contradictoria, cum sua quantitatis nota, afficietur,

Caput 3um.

De diversis propositionum speciebus,

Propones spectari possunt vel ratione materiae vel ratione formae, materia propositionis est illius subjectum et attributum: forma proponis, est expressio relationis quae extat inter utramque.

Propo ratione materiae, est, vel simplex vel complexa, vel composita. Propo simplex ea est quae unico constat subjecto et unico attributo, v.g. hoo est rationalis. propo complexa ea est quae, unico constat attributo et subjecto, sed alterutro vel utroque modificatis, duplici autem modo, potest adjungi modificatio; vel soli subjecto, ut in ista propone, petrus qui est doctus, est magnanimus, vel modificatio adjungi potest soli attributo, ut in ista, deus creavit hoem qui est rationalis, vel tandem utrique adjungitur modificatio, ut in ista, alexander qui erat Philippi filius, debellavit darium qui erat rex persarum,

Propo complexa constat igitur duabus propositionibus, quarum una dicitur principalis altera incidens principalis jungit attributum cum subjecto, incidens adjunctum habet pronomen relativum qui quae quod ut in ista propone, deus qui est omnipotens creavit caelum: deus creavit caelum est propo principalis; qui est omnipotens, est propo incidens. aliquando relativum qui quae quod, explicat, aliquando determinat et restringit. in ista propone qui est omnipotens, explicat, adeoque sublata propone incidente, nihilo minus vera est principalis, in istad hamines qui virtutem colunt sunt salvandi, determinat et restringit, adeoque ad veritatem proponis principalis necessaria est propo incidens non potest enim simpliciter dici hoes sunt salvandi.

Propo composita ea est, quae pluribus constat subjectis et attributis, triplici quoque modo potest esse composita, vel quia pluribus constat subjectis, et unico attributo, ut in ista, petrus et paulus sunt docti; vel quia pluribus constat attributis et unica subjecto ut in ista, petrus est doctus et magnanimus, vel tandem quia pluribus constat attributis et pluribus subjectis, ut in ista petrus et paulus sunt docti et magnanimi.

Variae sunt proponum compositarum species, copulativa disjunctiva conditionalis, causalis, relativa, discretiva, exclusiva, exceptiva, et comparativa.

Propo copulativa ea est cujus partes junguntur per particula et, nec non v.g. neque fures neque rapaces neque maledici regnum dei possidebunt; ut hae propo sit vera, requiritur ut singulae ipsius partes sint verae, seu attributum singulis conveniat.

Propo disjunctiva ea est cujus partes disjunguntur per particulas disjunctivas aut vel v.g. aut hoes moventur cupiditate aut timore, ut propo ista sit vera, requiritur ut attributum alterutrum subjecto, conveniat: hinc falsa est ista propo, mens humana est vel aeterna vel est mortalis; requiritur 2o. ut attributum duobus subjectis non conveniat, si plura sint; adeo ut inter ea, adsit quaedam oppositio, et ex veritate unius sequatur falsitas alterius, nullum que inter ea medium, sit unde falsa est ista propo vestis petri est vel alba vel nigra quia potest esse alterius coloris

Propo conditionalis ea est cujus partes junguntur per particulas conditionales si modo, v.g. si petrus studet erit doctus. propo quae afficitur particula si, vocatur antecedens, altera consequens, ut vera sit ista propo, requiritur ut adsit connexio inter antecedens et consequens.

Propo causalis ea est cujus partes junguntur per particulas quia, quoniam, v.g. quia deus est verax non potest fallere ut vera sit ista propo, requiritur ut utraque pars sit vera, et una sit causa alterius unde falsa est ista, quia salus est petrus erit doctus

Propo relativa ea est cujus partes junguntur per particulas relativas v.g. qualis vita talis mors vel veritatem istius proponis requiritur ut legitima sit relatio inter diversas partes,

Propo discretiva ea est cujus partes junguntur per particulas, sed tamen v.g. Petrus est doctus, sed tamen pluribus vitiis laborat; ut vera sit ista propo requiritur ut quaedam desit oppositio inter diversas partes; hinc ridicula est ista, Judas erat avarus, sed pecuniae servabat. requiritur adhuc ut utraque pars sit vera, et inter eas adsit discrimen quod affirmatur.

Propo exclusiva ea est quae aliquid de subjecto affirmat et de aliis negat, v.g. solus deus est adorandus. ut ista propo sit vera requiritur ut attributum subjecto conveniat et de caeteris disconveniat.

Propo exceptiva ea est in qua attributum affirmatur de inferioribus subjecti quibusdam exceptis nullum est ens necessarium praeter deum.

Propo comparativa ea est quae comparationem inter plures exprimit, per particulas magis minus, v.g. melius dare magis quam accipere. ut vera sit ista propo comparativa debet convenire alterutri membro.

§ De Propositione ratione formae

Propositio ratione formae dividitur in absolutam et modalem, absoluta ea est quae simpliciter affirmat aut negatur attributum de subjecto, v.g. circulus est rotundus, modalis ea est quae insuper modum exprimit quo attributum convenit subjecto, v.g. circulus necessario est rotundus, duo sunt igitur distinguenda in propone modali dictum et modus; dictum est affirmatio aut negatio attributi de subjecto, modus vero est ratio, qua attributum convenit vel disconvenit subjecto. Propo modalis vera ratione dicti potest esse falsa ratione modi v.g. circulus est contingenter rotundus

Pars 3a Tertia Logicae,
De discursu

Relegantur quae jam dicta sunt de discursu, sillogismo et entimemate.

Septem numerantur argumentationis species, Inductio, Exemplum, Sorites, dillemma, Epicerema, sillogismus, et entimema,

Inductio est argumentatio in qua ex multis singularibus enumeratis, aliquod universale eruitur, v.g. si tres essent discipuli et diceretur Petrus scit, Joannes scit, Paulus scit, ergo omnes sciunt, ut valida sit haec argumentatio, adaequata fieri debet partium enumeratio: hinc peccaret ista, Galli sunt albi Poloni sunt albi Romani sunt albi, ergo omnes sunt albi

Exemplum est argumentatio in qua ex uno singulari, aliud singulare eruitur de similitudine, v.g. Petrus studendo profecit, ergo Paulus studendo proficiet, ut valida sit haec argumentatio requiritur ut omnia sint utrinque aequalia, hinc ista peccaret si paulus esset genii obtusioris;

Sorites est argumentatio in qua per gradus proceditur adeo ut attributum 1ae propositionis fiat subjectum 2ae et sic de caeteris, v.g.

Qui ebrius est bene dormit
Qui bene dormit non cogitat malum,
Qui non cogitat malum non peccat,
Qui non peccat salvus erit,
ergo ebrius salvus erit,

Dilemma est argumentatio utrinque feriens in qua quidquid concedat adversarius confutatur v.g.

vel verum dubitandum esse de omnibus vel non
si verum, ergo non est de omnibus dubitandum,
si falsum ergo absurde de omnibus dubitatur

Ut valida sit haec argumentatio, requiritur, ut nullum detur medium inter utramque partem et ut ab adversario retorqueri,

Epicerema est argumentatio in qua cuilibet propositioni probatio adjungitur talis est ista Tulli pro Milone

licet insidiatorem occidere
Hoc enim ex natura, jus gentium mille exemplar comprobant
atqui Claudius insidiatus est miloni
ut circumstantiae apparatusque veranum demonstrat
ergo licitum fuit miloni claudium occidere

Jam diximus de Materia et forma sillogismi. Forma proxima sillogismi vocatur modus, forma remota figura.

Ad intelligentiam dispositionis Proponum, sciendum est omnes Propones designari Litteris AEIO. A. designat Proponem universalem affirmantem; E Universalem negantem. I. Particularem affirmantem. O Particularem negantem, dat ipsi ut sunt modi sillogismorum quod sunt dispositiones harum 4ae Litterarum, trinario numero expressarum, his autem versibus exprimuntur

bArbArA, cElArent, dArII. ferIO. bArAlIptOn.
cAntEnEs. dAbItIs. fEsApmO. frEsIsOn. Omnium.
cEsArE. cAmEstrEs. fEstInO. bArOcO. dArAptI.
fElAptOn. dIsAmIs. dAtIsI. bOcArdO. fErIsOn.

Figura Sillogismi. cum sit dispositio medii termini cum duobus extremis, quadruplex est hocce versiculo expressa.

sub pre pre pre. sub sub. pre sub.

Id est medius terminus in 1a figura est subjectum majoris et predicatum seu attributum minoris. In 2a est attributum utriusque, in 3a est subjectum utriusque, in 4a est attributum majoris et subjectum minoris, Hae figurae habent proprias modos.

De sillogismorum Regulis.

Regulae sillogismorum, vel sunt generales seu omnibus figuris communes, vel speciales seu singulis figuris propriae. Regulae generales Octo numerantur his versibus expressae.

Terminus esto Triplex: Medius majorque minorque.
Latius hunc, quam premissae conclusio non vult,
Nequaquam medium capiat conclusio fas est,
Aut semel aut iterum, medius generaliter esto
Utraque si premissa neget nihil inde sequetur
Ambae affirmantes nequeunt generare negantem
Pejorem sequitur semper conclusio partem
Nil sequitur geminis ex particularibus unquam.

Regula 1a.

Terminus esto triplex Medius majorque minorque id est 3es debent esse termini in sillogismo nec plures nec pauciores

Probatur nam sillogismus est argumentatio, in qua affirmatur aut negatur duorum extremorum convenientia atqui ut affirmetur aut negetur 2o 3es debent esse 2o nam non affirmatur aut negatur eorum convenientia nisi cum comparata fuerint, cum eodem medio termino, et inventa sint, cum eo aut convenientia aut unum ex illis disconveniens, atqui ut duo extrema comparentur cum eodem 3o [illegible] plures debent esse termini. 1o quidem 3es debent esse, duo scilicet quae comparentur et tercius quocum comparentur, ergo 2o 2a non plures quam tres debent esse, nam certum debet esse duo extrema convenire inter se, vel disconvenire, atqui si plures essent quam tres termini tunc certum non esset, 2o tunc enim certum non esset ea convenire vel disconvenire inter se quando non compararentur cum uno et eodem termino atqui si plures essent quam tres 2o tunc 2o scilicet majus extremum compararetur cum uno termino et minus extremum cum altero, ergo

Contra hanc regulam peccat iste sillogismus: omnis homo est animal; atqui omnis angelus est spiritus ergo omnis angelus est animal.

Regula 2a

Latius hunc quam premissae conclusio non vult id est nullus terminus debet universalius accipi in conclusione quam in premissis,

Nam conclusio est unio duorum conveniencium extremorum cum medio termino vel separatio comparatorum in premissis atqui si latius sumeretur [illegible] non esset unio eorundem, eorundem enim non esset unio quae [illegible] dona

49. donarentur extensione in premissis quam in conclusione; atqui si terminus talius sumerentur mi-
nori donarentur ergo &c.
hinc non valet iste sillogismus, omnis hoo est substantia; atqui nulla avis est hoo ergo nulla avis
est substantia. Vox substantia universaliter accipitur in conclusione ut pote attributum propositionis negan-
tis ~~[illegible]~~ particulariter vero in majore, ut attributum affirmantis

Regula 3a

Nequaquam medium capiat conclusio fas est, idest medius terminus nunquam debet ingredi con-
clusionem. Prob. nam conclusio est propositio, affirmans aut negans duorum extremorum convenientiam
intense; atqui si medius terminus in ea reperiretur, non affirmaret illa enim non affirmaret, re
quod adhuc insengeret ad explanandum utrum illa extrema inter conveniant aut disconve-
niant, atqui si medius terminus reperiretur in conclusione, adhuc inseraret & proprium est
enim medii termini ut indicatur comparatio duorum extremorum cum eo, et deffendum eo
num convenientia aut dis convenientia ergo &c. hinc non valet iste sillogismus. Petrus est
parvus; atqui petrus est Philosophus, ergo petrus est parvus Philosophus

Regula 4a

Aut semel aut iterum medius generaliter esto, idest medius terminus debet sumi saltem semel universaliter in
alterutra premissarum.
Prob. nam tres tantum debent esse termini in sillogismo; atqui si medius terminus saltem semel non su-
meretur universaliter in premissis, 3es non essent sed 4or in illo termini, tunc enim quatuor essent quan-
do preter duo extrema medius terminus duobus equivaleret, atqui nisi medius terminus sumeretur 2es
equivaleret terminis ille enim duobus &c. qui de diverso individuorum numero intelligeretur in majo-
re et minore; atqui nisi sumeretur cum enim esset terminus particularis non potius talem nume-
rum designaret quam alium ergo &c.
hinc non valet iste sillogismus quidam homines sunt latrones atqui quidam homines sunt sancti ergo qui-
dam sancti sunt latrones

Regula 5ta

Utraque si premissa neget nihil inde sequetur idest ex duabus negantibus nulla potest deduci
conclusio.
Prob. si que enim deduceretur esset vel affirmans vel negans; atqui neque affirmans neque
negans potest deduci conclusio ex duabus negantibus. 1o quidem negans, nam conclusio negans ea
est in qua negatur duorum extremorum convenientia; atqui ex duabus premissis negantibus
non potest deduci conclusio in qua negetur &c. nam non negatur eorum convenientia in conclu-
sione nisi certo constat de ea ex eorum comparatione cum medio termino; atqui cum ambe
premisse sunt negantes, non certo constat &c. nam non constaret de eorum disconvenientia, nisi
quia comparata cum medio termino inventa sunt cum eo disconvenire; atqui ex eo quod
2a extrema cum medio termino inventa sint cum eo disconvenire, non ideo constat de eorum
disconvenientia; possunt enim due res cum 3a disconvenire, et tamen non ideo disconvenire inter se ergo &c.
2o non potest deduci conclusio affirmans, ex duabus premissis negantibus nam conclusio affir-
mans ea est, in qua asseritur duorum extremorum convenientia, atqui ex duabus premissis negan-
tibus non potest deduci conclusio, asserens &c. nam non asseritur duorum extremorum conveni-
entia in conclusione nisi quia certo constat de ea, ex eorum comparatione cum medio termino,
atqui cum ambe premisse sunt negantes non certo constat &c. nam cum ambe premisse sunt
negantes utrumque extremum disconvenit cum medio termino, atqui cum utrumque extre-
mum disconvenit cum medio termino certe non constat de eorum convenientia ex eorum
comparatione cum eodem medio termino possunt enim due res alteri disconvenire et ad-
huc sibi non convenire ergo &c.

Regula 6

Ambe affirmantes nequeant generare negantem, idest e duabus premissis affirmantibus, non potest deduci conclusio negans.

Prob. nam conclusio negans ea est in qua negaretur duorum extremorum convenientia adqui e duabus premissis affirmantibus non potest erui conclusio negans duorum extremorum convenientiam; nam non potest negari eorum convenientia, nisi certa sit eorum disconvenientia ex eorum comparatione cum medio termino, adqui cum ambe premisse sunt affirmantes, non potest esse certa extremorum disconvenientia ex eorum comparatione cum medio termino eorum enim disconvenientia non potest esse certa per istam comparationem, quorum econtra per eam certa est convenientia; adqui cum ambe premisse sunt affirmantes certa est duorum extremorum convenientia ex eorum comparatione cum medio termino, nam cum ambe premisse sunt affirmantes utrumque extremum convenit cum medio termino, sed eorum certa est convenientia quae conveniunt ambo cum medio termino siquidem quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se ergo

Regula 7ª.

Pejorem sequitur semper conclusio partem, idest si una e premissis sit negans conclusio debet esse negans si una sit particularis conclusio debet esse [redacted] particularis

Prob. 1ª. pars idest &; nam conclusio negans ea est in qua negatur duorum extremorum convenientia in convenientia; adqui quando, una ex premissis est negans, debet negari eorum convenientia in conclusione, nam debet negari, eorum convenientia, quorum disconvenientia certa est ex eorum comparatione cum medio termino, adqui quando una ex premissis est negans, certa est eorum disconvenientia ex eorum comparatione &. nam ut eruatur conclusio, quando una e premissis est negans, altera debet esse affirmans, adqui quando una e premissis est negans et altera affirmans certa est extremorum disconvenientia ex eorum comparatione nam cum una e premissis est negans et altera affirmans unum extremum convenit cum medio termino et alterum disconvenit, adqui quando unum extremum convenit & et alterum disconvenit certa est eorum disconvenientia, nam cum unum extremum disconvenit cum medio termino et alterum convenit, nabicque eadem quod convenit cum medio termino ~~eadem~~ disconvenit cum alio extremo quod cum medio termino convenit; ergo

Prob. 2ª. pars nempe si una e premissis sit particularis conclusio debet esse particularis vel enim debet esse ~~particularis vel potest~~ esse universalis adqui cum una e premissis est particularis, conclusio non potest esse universalis; si enim esset universalis vel universalis affirmans vel universalis negans, adqui cum una e premissis est particularis conclusio non potest esse nec hec nec 1ª quidem non potest esse universalis affirmans, nam plures debent esse termini universales in premissis quam in conclusione adqui si conclusio esset universalis affirmans cum una e premissis est particularis non plures essent &. nam ex hipotesi quod conclusio esset universalis affirmans, unus esset in ipsa terminus universalis scilicet ipsius subjectum; ut ergo essent plures termini universales in premissis duo saltem deberent esse in ipsis termini universales, adqui cum una e premissis est particularis, non possunt in eis esse duo termini universales; nam cum conclusio est affirmans, ambe premisse debent esse affirmantes adqui cum ambe premisse sunt affirmantes et una particularis non possunt in ipsis esse duo termini universales, in iis enim non possunt reperiri duo termini universales in quibus solum subjectum propositionis universalis et terminus universalis adqui cum solum subjectum & subjectum enim unius propositionis erit particulare, ut patet quod propositio sit particularis pariter utrumque attributum erit particulare ut patet attributum propositionis utriusque affirmantis; ergo

2. non potest erui conclusio universalis cum una e premissis est particularis.

Nam plures debent esse termini universales in premissis quam in conclusione, sed si deduceretur conclusio universalis negans cum 8 jam non plures 8 nam non potest deduci conclusio negans quin una e premissis sit etiam negans atqui cum una e premissis est negans et altera particularis si deduceretur conclusio universalis negans, plures non essent termini universales in premissis quam in conclusione; nam posito quod conclusio sit universalis negans, duo sunt in ipsa termini universales, scilicet ipsius subjectum, ut patet quod propositio sit universalis, 8 que attributum, ut patet quod propositio sit negans; igitur ut plures essent termini universales in premissis igitur quam in conclusione 3es deberent reperiri in ipsis termini universales atqui in premissis quarum una est negans et altera particularis non possunt reperiri tres termini universales nam 4or tantum sunt in ipsis termini, scilicet utrumque subjectum, et utrumque attributum cum una sit particularis ejusdem erit subjectum particulare, cum una sit affirmans erit ejus attributum particulare, attributum duo igitur remanebunt tantum termini universales scilicet subjectum propositionis universalis, et attributum negantis; ergo &.

Regula 8va

Nil sequitur geminis ex particularibus unquam, idest ex duabus particularibus nulla potest deduci conclusio

Prob. nam ambe particulares vel sunt affirmantes vel negantes, vel una est affirmans et altera negans; atqui sive 8 nulla potest deduci conclusio 1o quidem si ambe premisse particulares sint affirmantes nulla potest 8 nam ut legitima deducatur conclusio, medius terminus debet sumi saltem semel universaliter; atqui si ambe 8 non potest sumi 8. nam non posset sumi universaliter nisi quod ut subjectum aut attributum alterutrius propositionis atqui neque potest sumi universaliter neque ut subjectum 8 cum ambe 8 1o quidem non ut subjectum propositiones enim sunt particulares, proindeque utrumque subjectum debet esse particulare. 2o non ut attributum; cum enim propositiones sint affirmantes, earum attributa debent sumi particulariter ergo 8 2o si ambe premisse particulares sint negantes nulla potest deduci conclusio ut ex regula 5a demonstratum est

3o si una e premissis particularibus sit affirmans et altera negans nulla pariter potest deduci conclusio. si qua enim deduceretur esset negans esset negans, ut patet quod ex regula 4a sequi debeat propter pejorem partem; atqui cum ambe premisse sunt particulares una affirmans et altera negans non potest deduci conclusio negans; nam plures debent esse termini universales in premissis quam in conclusione, atqui si erueretur conclusio negans, ex duabus premissis particularibus quarum una esset affirmans et altera negans, non plures essent 8 nam ex hipotesi quod conclusio sit negans ipsius attributum sumitur universaliter igitur ut plures essent termini universales duo deberent reperiri termini universales in premissis; atqui cum ambe premisse sunt 8 una negans altera affirmans non possunt reperiri duo 8 utrumque enim subjectum est particulare, ut patet quod utraque propositio sit particularis: cum una sit affirmans, ipsius attributum sumitur particulariter remanebit ergo solum attributum propositionis negantis quod sumetur universaliter ergo &

Regule speciales sillogismorum

Regula pro prima figura sub pre.

Sit minor affirmans nec major specialis, idest cum medius terminus est subjectum majoris, et attributum minoris minor debet esse affirmans et major generalis.

Prob. 1a pars, nempe minor debet esse affirmans, nam si esset negans conclusio etiam esset negans, proindeque major affirmans proindeque major affirmans; atqui non potest deduci conclusio negans cum medius terminus est subjectum majoris et attributum

et attributum minoris; nam ut legitima sit conclusio nullus terminus debet in ea universa-
lius accipi quam in premissis; atqui si deduceretur conclusio negans, cum mayor est affirmans,
aliquis terminus & nam posito quod conclusio sit negans ipsius attributum idest magus extremum
acciperetur universaliter, sumeretur autem particulariter in mayore, que ex hipotesi esset affir-
mans, ergo &

Prob. 2a. pars nempe mayor debet esse generalis cum medius est subyectum mayoris et attri-
butum minoris nam medius terminus debet saltem semel sumi universaliter, atqui nisi mayor esset
universalis, non sumeretur & nam non posset saltem semel & nisi aut ut subyectum mayoris aut ut
attributum minoris; atqui non posset sumi universaliter ut attributum minoris quae ex hipotesi
debet esse affirmans, nisi ergo mayor esset universalis, bis particulariter sumeretur ergo &

Regula 2a. pro figura pre pre,

Una negans esto, mayor vero generalis; idest cum medius terminus, est attributum utriusque pre-
misse una debet esse negans et mayor generalis,

Prob. 1a. pars nempe una debet esse negans nam medius terminus debet saltem semel sumi universa-
liter in premissis, atqui nisi una esset negans cum medius terminus est attributum utriusque non
sumeretur & attributum enim utriusque premisse affirmantis, sumeretur bis particulariter ergo &

Prob. 2a. pars, nempe mayor debet esse generalis cum &. nam nullus terminus, debet sumi uni-
versalius in conclusione quam in premissis, atqui nisi mayor esset gnalis aliquis terminus & nam
ex hipotesi quod minor debeat esse negans, conclusio pariter esset negans, proinde que magus extremum
in ipsa sumeretur universaliter, unde nisi mayor esset universalis cum debeat magus extremus esse
ipsius subyectum sumeretur in ea particulariter. ergo &

Regula 3a. pro figura subsub,

Sit minor affirmans conclusio sit particularis. idest cum medius terminus est subyectum utriusque pre-
misse minor debet esse affirmans et conclusio particularis,

Prob. 1a. pars, si enim minor esset negans, conclusio pariter esset negans, proinde que mayor affirmans &
atqui cum medius terminus, est subyectum utriusque premisse, conclusio non potest esse negans, nam nullus
terminus debet in ea latius accipi quam in premissis, atqui si esset negans cum mayor sit affirmans, cum
que medius terminus sit & Magus extremum enim, ut attributum conclusionis negantis esset universale, es-
set tamen particulare, in mayore affirmante, cuyus esset attributum ergo &

Prob. 2a. pars conclusio nempe debet esse particularis, nam nullus terminus debet in ea latius acci-
pi quam in premissis, atqui nisi esset particularis conclusio, cum medius terminus est subyectum utri-
usque premisse, aliquis terminus latius & minus extremum enim, ut attributum minoris affirmantis
esset particulare, esset tamen universale in conclusione, nisi ista esset particularis ut pote ipsi-
us subyectum ergo &

Regula 4a. pro figura presub

Mayor ubi affirmat generalem sume minorem.
Si minor affirmet conclusio sit specialis,
umque negans medius, est mayor generalis habetur

Prob. 1a. pars, idest cum medius terminus est attributum mayoris et subyectum et minoris si ma-
yor sit affirmans minor debet esse universalis, nam medius terminus debet sumi saltem semel uni-
versaliter; atqui nisi minor esset universalis, cum medius terminus est attributum mayoris & non su-
meretur & non posset sumi universaliter quo ad ... attributum mayoris quae esset affirmans, nisi ergo
minor esset universalis, in ea etiam sumeretur particulariter ut pote ipsius subyectum ergo &.

Prob. 2a. pars idest si minor sit affirmans conclusio debet esse particularis nam nullus terminus debet in
ea latius accipi quam in premissis, atqui si conclusio non esset particularis cum medius terminus est ...
sub aliquis terminus latius & minus extremum enim ut pote ipsius subyectum esset universale esset tamen
particulare in minore affirmante ergo &

Regula 3ª Partis idest si conclusio est negans major debet esse generalis. nam nullus terminus debet latius accipi in conclusione quam in praemissis; atqui nisi major esset generalis in praesub. cum conclusio est negans aliquis terminus latius & scilicet majus extremum ut attributum conclusionis negantis esset universale; esset tamen particulare in majore cujus esset subjectum nisi ipsa foret universalis. ergo

De diversis sillogismorum speciebus

Multiplicis sit generis syllogismi quamplurimis sunt propositiones ex quibus ipsimet constant appriméque gravis iis quae diximus de veritate aut falsitate, diversarum propositionum facile dignoscentur ea quae ad veritatem aut falsitatem syllogismorum attinent. unde sillogismus est vel complexus vel compositus vel conditionalis vel disjunctivus, & prout propositiones ex quibus constant sunt vel complexae vel compositae &.

Una est syllogismorum species quam cognoscere necesse est quae vocatur sillogismus sophisticus, aut sophisma, est autem sophisma constans propositionibus falsis sed apparenter veris. fallacia autem hujus sillogismi duplex est grammaticalis et logica. 1ª consistit in verborum aequivocatione. 2ª in sensu verborum, ut fallacia detegatur attendendum est ad verborum sensum.

Octo numerantur fallaciae Logicae 1ª ignoratio. Elenchi, seu illius rei de qua tractatur. 2ª petitio principii seu suppositio illius quod est probandum. 3ª non causa pro causa, seu adhibitio alius quod non est causa quasi esset. 4ª enumeratio imperfecta seu cum omittuntur partes in enumeratione. 5ª fallacia accidentis, seu cum aliquid attribuitur simpliciter quod tantum convenit per accidens. 6ª fallacia compositionis et fallacia divisionis seu cum fit transitus a sensu composito ad sensum divisum, vel a diviso ad compositum. 7ª transitur a a dicto secundum quid ad dictum simpliciter et vicissim, seu cum aliquid generaliter affirmatur de aliquo ut, cui convenit tantum sub aliquo respectu. 8ª transitus a genere ad genus seu cum probatur res aliqua per principia generis diversi.

Pars 4ª Logicae
de Methodo

Methodus est dispositio cogitationum mentis ad veritatem inveniendam aut aliis demonstrandam. Methodus duplex est Analitica et sintetica. methodus analitica quae etiam dicitur resolutionis ea est qua mens objectum in suas partes dividit, ut eas sigillatim evolvat, sine a complexis ad simplicia velut quadam regressu conscendit. Methodus sintetica quae vocatur etiam compositionis ea est qua mens objectum suis partibus divisum integrat, et unamquamque partem successive adjungit, sive a simplicibus ad complexa a principiis ad consectaria, continua quadam prolatione devolvitur. Methodus analitica inservit ad veritatem inveniendam, sintetica ad aliis demonstrandam, hae quae sunt regulae methodi analiticae. 1ª diligenter determinari debet sensus quaestionis et accurate secerni debet vera a falsis probabilia ab improbabilibus et ea quae sunt inutilia circumcidi. 2ª quaestio debet in partes dividi ut mens, facta divisione facilius rem intelligere queat. 3ª quaeri debent idea quaedam peculiares et media quarum ope quaestio solvi possit tandem examini cujuslibet quaestionis tam diu immorandum est quamdiu constabit singula fuisse sufficienter perfecta.

Sunt autem Regulae sintesis prima oratio ordiri a definitionibus ut bene intelligatur id de quo disputandum est. 2ª post definitiones statuenda sunt principia certa ex quibus ratiocinia deduci possint conclusiones quae certae et quae supponant quaestionem propositam. 3ª conclusiones deducendae sunt tantum ex definitionibus principiis et propositionibus praemissis atque probatis necesse est ergo ut mens liberam se constituat ab omni sedulitate caveatque ne auctoritati confidentiusse summittat. nimia enim confidentia auctoritati infinitam propemodum disputationibus materiam praebet atque ne in inquisitione veri potius affectui inserviat quam argumentis neque de fraudetur superstitum amore veritatis. debet etiam omni ope elaborare ut ignorantiam domet, ideoque perturbationem [illegible] defectu enim ordinis [illegible] rationem tenebrae que [illegible] insuentia, cum acquisitione fugari possunt.

finis Logicae finis Logicae

finis Logica fugari possunt

Pars 2ª philosophiæ Metaphysica

Metaphisica nomen habet a duabus vocibus Grecis, Meta idest supra et phisis, idest natura. Metaphisica igitur est, scientia rerum supra naturam positarum. hinc ipsius objectum, sunt res omnes a materia secretæ.

Res autem a materia secretæ duplicis sunt generis vel ex natura sua, ut spiritus, vel per mentis abstractionem quapropter duplex est pars metaphisicæ Pneumatologia. quæ disserit de spiritibus et Ontologia. quæ versatur circa ens et ipsius affectiones per mentem abstractas.

Spiritus sunt vel deus, vel angelus, vel mens humana cum ratio nihil doceat circa naturam et existentiam angelorum, hanc partem omittemus duplex igitur tantum erit pars pneumatologiæ una quæ disserit de deo et alter teodicea. vocatur, altera quæ de mente humana, et psycologia nuncupatur.

De Theodicea.

Theodicea seu teologia naturalis est scientia quæ tractat de deo quoad lumine naturali attingi potest hinc differt a sacra Theologia quæ deum considerat pro ejus revelatione, face hanc partem quatuor articulis absolvemus, 1mus erit de existentia dei. 2us de ejus unitate. 3us de ceteris ipsius attributis quartus de ejus actione in creaturas.

Articulus 1mus de Existentia Dei

Existentiam Dei alii admittunt alii negant, qui eam admittunt theiste vocantur, qui illam negant athei. antequam ateismi

Antequam Atheismi demonstrationes deducamus quedam sunt in atheessum discutienda de Atheismo et de ejus incommodis.

De Athesmo.

Athei duplicis sunt generis practici nimirum et speculativi Athei practici sunt ii qui corde negant existentiam dei, ut liberius indulgeant cupiditatibus et voluptatibus hæc negatio existentiæ dei ortum habet a corruptione cordis, et non a convictione mentis, athei speculativi sunt, ii qui non admittunt existentiam dei aut ex defectu attentionis, aut mentis imbecillitate aut propter rationes quibus ipsis videtur impugnari existentia dei. unde athei speculativi in duplicem atheorum classem dividuntur, positivi et negativi, positivi sunt ii qui impugnant existentiam dei ex mentis affectione et reflectione, negativi sunt ii. qui non admittunt existentiam dei, ex defectu attentionis et reflectionis, olim extitisse etiam quæ nunc existere, Atheos practicos lugenda nimium experientia constat, quot enim extant hoes perditi et corrupti, qui se excecare, ument circa existentiam, ne scilicet & cogitatione de deo celerum vindice, in voluptatibus sollicitentur et libidinibus quibus, pecudum instar, volutantur valedicere cogantur dari etiam Atheos speculativos, certum est, ex historicis viatoribus, sunt enim populi complures, quibus nulla affulsit supremi numinis cognitio, quia sunt hebetes et cujusvis rationis expertes adeo ut nec respiciant celos qui enarrant gloriam dei nec audiant suam conscientiam clamantem esse deum, ac unum est non existere Atheos speculativos qui negent existentiam ab ponderata hinc et inde rationum

menta quibus impugnatur et propugnatur, nec tales olim extitisse; existentia enim dei tot ac tantis nititur rationibus, adeoque fulgentibus ut nemo ratione preditus iis non assentire possit; extiterunt equidem athei, sistematici, qui evidentiam dei impetebant, mundique genesim variis modis explicare conabantur ne deum agnoscerent, verum ea omnia sistemata sunt potius perditae mentis quam, conscientie.

Queritur 1º utrum quis possit manere indifferens circa existentiam dei?

Resp. nemo potest manere indifferens, nemo potest manere indifferens circa existentiam dei

Prob. nemo enim nisi dementissimus potest manere indifferens circa illud a quo pendet summa felicitas aut summa ipsius miseria, atqui a veritate existentie dei pendet & si enim existat deus ex omnium creator, protector et conservator dignissimus quem qui ab omnibus colatur adoretur est quoque summe Justus criminum vindex, proindeque infinita malorum seges iis impendet qui insana negligentia, investigare contempserunt, an existant, atqui hoc posito nemo non videt quanti sit momenti veritas existentie dei, ergo &

Queritur 2º utrum Atheismus sit societati infensus et noxius?

Resp Atheismus est permaxime societati noxius, Prob. nam ea opinio est societati pernoxia quae laxat habenas omnibus vitiis et cupiditatibus; atqui Atheismus laxat & ille enim laxat & quo posito nullum remanet motivum, preponderans contra potentes voluptatum illecebras et cupiditatis imperium, atqui posito Atheismo nullum remanet & posito enim Atheismo nulla est speranda virtuti merces nulla que vitio pena, atqui sublata virtutis mercede et vitii pena nullum manet & ergo &

Et certe ille est infensus societati qui primaria convellit conservandae societatis principia, atqui Atheismus concutit & nam praecipua conservandae societatis principia sunt, legum observatio, atqui posito Atheismo desinit legum observatio tunc enim & quando nullum remanet motivum sufficiens ad alliciendos homines ad legum observationem; atqui posito Atheismo nullum remanet & nam posito Atheismo solus remanet metus penarum temporalium atqui metus ille insufficiens est & sola enim potest ille metus avertere a societate crimina, publica, nec potest arcere occulta, quae sicuti publica societatem subvertere possunt; ergo &

Et certe ille est societati infensus qui nocet tum subditis tum principibus; atqui Atheismus nocet tum & 1º quidem nocet principibus ille enim nocet principibus & quo posito subditi poterunt impune adversus principes rebellare, atqui posito atheismo poterunt subditi & innumerae enim sunt circumstantiae in quibus subditi sunt, in quibus subditi sunt principibus potentiores et nihil ab iis reformidandum habent, atqui tunc poterunt impune adversus eos rebellare, mandata eorum contemnere, quinimmo et ipsos necare; si enim posito timore supremi Judicis, criminum vindicis subditi a principibus reformidantur, quando magis eos reformidandos habebunt si timore illius Judicis supremi non amplius continerentur ergo & 2º nocet subditis. ille enim nocet & quo posito principes poterunt impune subditos vexare et opprimere atqui posito Atheismo principes poterunt & presertim cum nihil pertimescendum habebunt ex parte subditorum, preter quod inter subditos nulla erit tuta fides nullum solatium in adversis nullum que premium recte factorum. ergo &

Obj. ille non est infensus societati sub qua stare potest societas eque facile; atqui sub Atheismo stare potest & ergo &. Neg. min.

Prob. min. sub ea eque facile stare potest societas sub qua remanet motivum sufficiens ad alliciendos homines ad observationem legum; atqui sub atheismo adest motivum & ergo & eque facile,

Nego min. nam posito atheismo tollitur metus supremi Judicis criminum vindicis atqui sublato metu supremi & non remanet amplius motivum sufficiens & ergo &

Prob. min. sub atheismo remanet metus penarum temporalium turpitudo vitii et pulchritudo virtutis; atqui haec sunt motiva sufficientia & ergo &

Neg. min. & enim posito atheismo timore que supremi Judicis etiam insufficiens sit metus penarum temporalium, ad observationem legum, a fortiori insufficiens erit iste metus

sublate timore supremi criminum vindicis, atqui etiam cum timore supremi criminum vindicis
insufficiens est & tantae enim sunt voluptatum illecebrae, ut iis cedant etiam qui in deteriora ruunt
vel qui ipsi qui intelligunt, quam horrendum sit incidere in manus dei viventis. ergo &
Et certe, ut stet societas non solum arcenda sunt ab ea crimina publica, sed etiam occulta,
atqui metus poenarum temporalium insufficiens est ad crimina occulta & ergo &
Inst. Jam societas stare potest sub atheismo quam sub polytheismo E polytheismus autem
est admissio plurium deorum; atqui societas stare potest et diu stetit sub polytheismo,
ergo & neg. maj. et parit. ratio discriminis est quod non remaneat metus poenarum deorum
sub atheismo econtra det sub polytheismo sicuti enim pagani admittebant campos
elyseos ut praemium virtutis, dabatur ita etiam nigra tartara ut scelerum poena plecterentur ergo &
Queritur 3º quisnam optabilior theismus ne an atheismus R
Resp theismus est optabilior atheismo nam theismus optabilior est ea sententia, quae non
potest nisi perturbare hominum pacem et tranquillitatem atqui atheismus non potest nisi
ille enim non potest nisi & quo posito nulla fides data, erit neque vita neque fortuna atqui po-
sito atheismo neque & tunc enim et cum quisque impune, ad vitam fortunam & poterit eripe-
re, atqui posito atheismo quisque & vitam fortunam posito enim atheismo solatet fortioris vigebit
nullum proinde medium, quo quis liberetur ab insidiis horum perversorum; ergo
Et certe posito theismo deus existit, sublato vero non existit, atqui optabilius est
deum existere quam non existere nam si deus existat est ens summe benignum a quo pendet
orbis universus si vero non existat, omnia sunt casui fortuito fatali quae necessitati
tribuenda, atqui optabilius est huic orbi praeesse, ens summe benignum quam omnia
a casu fortuito, fatali quae necessitati subjacere, quanta enim in bonis anxietas si
vel sortis arbitrio vel fati rigore contingere possit, inopinatis ut in summam miseri-
am deturbentur! quanta in malis desperatio si nullis precibus nullisque religionis
officiis possunt amoveri; ergo &
Obj. ille non est optabilior atheismo ex quo multa orta sunt bella et dissidia
atqui ex theismo multa orta sunt & ergo &
Neg min non ex sententia theismi orta sunt bella et dissidia sed ex pravitate et
vitiis hominum qui rebus sacratissimis abutuntur et nulla ergo theismo imputanda sunt
non magis enim haec mala sunt theismo imputanda eo quod ejus occasione nata fue-
rint quam justitiae et aequitati imputanda sunt bella quae earum occasione exarse-
runt; atqui nulla ergo exarserunt & ergo &. posito atheismo nihil est sperandum post
mortem neque timendum; posito vero theismo speranda est felicitas aeterna pertime-
scendaque seges malorum aeterna; atqui optabilius est nihil habere sperandum ne-
que timendum, quam habere speranda bona. aeterna et mala ibidem aeterna per-
timescenda. ergo &
Dist maj optabilius est & si si in nostra potestate non sit haec bona acquirere aut ista mala vitare con-
sing in nostra potestate sit, neg min ergo &:
Equidem melius esset, nil habere sperandum, neque timendum si non esset in nostra potestate haec acqui-
rere quod sperandum aut vitare quod timendum est sed si utrumque a nobis dependeat tunc
non est optabilius & si enim a nobis dependeat, haec bona acquirere aut haec mala vitare;
tunc sors nostra non a fati rigore sed a nostra voluntate pendet & atqui possumus eligere
mala relinquere et bona assumere; sumus enim liberi bonum aut malum amplecti
si bonum, praemia si malum supplicia consequemur
Queritur 4º quaenam sententia theismi aut atheismi sit anteponenda?
Resp sententia theismi est anteponenda. illa enim est anteponenda sententiae atheismi

In qua levissimum duntaxat incurritur damnum, dum in contraria sententia in apertissimum discrimen adducitur sine ulla spe lucri aut commodi atqui in sententia Theismi in sententia vero Atheismi in apertissimum discrimen; si enim deus existat, ut omnia sua dent, horrendum manet supplicium Atheis qui veritati perfidum pectus obstruxerint, si vero nullus existat deus, qui deum confessi sunt, jacturam quidem voluptatum hujus vitae fecerunt, quod quidem damnum levissimum est, sed nihil habent reformidandum post mortem nec ante, dum si existat, confessio illorum bonis eternis est remuneranda; ergo &

Obj. simili argumento, posset probari, securiorem esse polithei̇smum Theismo nam vel plures sunt dii vel non; si plures sint nihil est timendum iis qui plures agnoverint, si vero unicus, nihil quoque ab eo habebunt reformidandum, qui vero unicum deum admiserint, omnia habent pertimescenda, si plures existant; ergo tutior est Polytheismus.

Resp. equidem maximum incurri periculum, si plures sint dii, et omnes non agnoscantur: sed magis est periculum, plures agnoscere quam unum si unicus sit si enim unicus sit et plures admittantur defraudatur ille, cultu sibi debito et aliis falsis numinibus redditur aliquo de existentia plurium deorum, nulla ratione nititur, cum econtra omnia suadeant deum esse unicum, ergo magna disparitas

Inst. debemus certum incerto anteponere. atqui amplectendo sententiam Atheismi certum incerto anteponimus, ut scilicet fruamur omnibus voluptatibus; ergo tutior est Atheismus &

Dist. maj. si omnia sint paria, conc. maj. si non sint, neg. maj. atqui & dist. min. sed caetera non sunt paria, conc. min. et sunt paria neg. min. ergo & neg. conc.

Equidem debemus certum, incerto anteponere, si omnia sint paria; idest si bonum praesens quo fruimur, sit ejusdem pretii ac bonum futurum, sed incertum; sed si non sint paria, seu si bonum futurum idemque certum, sit bonum infiniti valoris respectu boni praesentis, tunc non est anteponendum, bonum praesens, prudentis enim est, a fruitione boni apparentis, aut realis sed minimi valoris abstinere, ad acquisitionem boni majoris et infiniti; porro qui Atheismi sententiam amplectitur, voluptatibus quae fruitur certum, incerto anteponit, sed nullius est valoris tale bonum, respectu boni eterni spe[illegible], melius quae diceretur chimeram esse talem felicitatem, vix enim possunt voluptates satiare animum, statim fastidium pariunt, et in extrema quaeque mala rapiunt. ergo &

De existentia dei

Deus qualis hic impugnatur ab atheis est ens necessarium, aeternum, increatum quod sit hujus orbis conditor rebus quae creatis [illegible] tale ens existere, negant Athei affirmant Theistae Theistae insuper christiani asserunt, illud ens esse omni genere perfectionum ornatum

Illud existere, hoc unum nobis probandum incumbit, adversus Atheos; postea probabimus illud esse infinite perfectum.

Propositio

Propositio. deus existit,

Deus existit

Prob. ille existit cujus existentia, insuperabilibus argumentis comprobatur, atqui existentia dei insuperabilibus & argumenta enim quibus probari potest sunt vel methaphysica vel physica vel moralia; atqui haec sunt totidem insuperabilia

1o quidem argumentis methaphysicis existentia dei invincibiliter probatur. Argumenta enim methaphysica sunt ea quae ab ipsamet natura dei depromuntur, atqui haec argumenta sunt & invincibilia; de natura enim est dei esse ens necessarium, aeternum et inproductum, unde ut existat deus, duo sufficiunt, 1o ut tale ens existat, et secundo ut sit deus; atqui re ipsa existit ens necessarium. &

eternum et improductum. 1º quidem existit ens necessarium. vel enim existit & vel omnia entia, quae nunc
existunt sunt contingentia; atqui dici nequit omnia entia, quae nunc & non entia contingentia sunt per
fecte indifferentia ad existendum vel non existendum. atqui non omnia entia sunt indifferentia, &
nam existunt; atqui si omnia essent perfecte indifferentia ad existendum aut non existendum, nulla
existerent ut enim existerent debuissent determinari ad existentiam; atqui si essent omnia perfecte
indifferentia non potuissent determinari & nam si potuissent determinari & vel a se vel ab alio; atqui
neque a se neque ab alio potuissent & 1º quidem non potuissent determinari ad existendum ab alio
siquidem ex hipotesi nullum agnoscitur ens aliud distinctum ab entibus contingentibus ergo &c
2º non potuissent determinari a se, ad existendum. si enim potuissent & vel necessario vel libere
atqui neutrum, & 1º non necessario, nam si determinata fuissent ad existendum a se necessario jam
jam ipsis essentialis esset existentia; proindeque amplius non essent contingentia. 2º non libere
prius est enim existere quam sese determinare libere. proinde quae extitissent cum sese determi
ad existendum; ergo & 2º
2º existit ens eternum vel enim existit ens eternum vel omnia omnino entia vel omnia omnino
entia fuerunt aliquando in nihilo atqui dici nequit omnia omnino entia & existunt enim nunc quae
dam entia; atqui si omnia entia fuissent olim in nihilo jam nunc nulla non existerent, nam ut
existerent debuissent e nihilo educi; atqui si omnia fuissent & non potuissent & si enim potuissent
educi e nihilo, vel ex se ipsis vel ab alio ente, ab ipsis distincto, vel casu fortuito; atqui neque
neque & et 1º quidem non potuerunt a se ipsis educi e nihilo si enim educta fuissent a se ipsis
essent sui causa; atqui nullum ens potest esse sui ipsius causa ergo & 2º non fuerunt educta e
nihilo ab alio ente; supponitur enim nullum esse ens aliud ab ipsis distinctum a quo potuis
sent educi ergo & 3º non casu fortuito nullus enim effectus potest esse a casu fortuito ergo &
3º existit ens improductum. vel enim existit & vel omnia omnino entia quae nunc sunt
fuerunt facta, atqui dici nequit omnia omnino & si enim omnia omnino & tota collectio
entium esset facta; atqui tota collectio... non & si enim tota collectio entium esset facta
vel ab aliquo ente extra collectionem vel ab ente aliquo ex collectione, atqui neutrum
& 1º non fuit facta ab ente extra collectionem. nullum enim supponitur ens extra colle
ctionem entium factorum. ergo & 2º non fuerunt facta ab ente ex collectione nam nul
lum ens potest esse sui causa sed si collectio entium fuisset facta, ab aliquo ente
ex collectione, aliquod ens esset sui causa, nam fuisset causa omnium entium quae sunt
in collectione; atqui ex hipothesi ens illud, productor talis collectionis, fuisset in colle
ctione; ergo &
4º ens illud necessarium eternum et improductum, est deus vel enim est deus vel ut
Athei volunt est ipsemet mundus atqui ut ex mox dicendis patebit mundus non potest dici
istud ens necessarium & ergo &

De Argumentis Phisicis

Argumenta Phisica ea sunt, quae depromuntur ab existentia rerum phisicarum, et mirabili con
templatione earumque in hac arte conspiciuntur ea autem, sunt vel materiae existentia vel
spectabilis ordo mundi vel animarum existentia, haec autem omnia, sunt totidem argumen
ta insuperabilia, de existentia dei.
1º quidem existentia materiae probat invicte existentiam dei illa enim probat quae fuit
a deo creata, atqui materia fuit & vel enim fuit a deo creata vel existit a se et necessario;
atqui materia non existit, a se & illud enim solum existit a se et necessario quod ita existit
ut non possit concipi non existens, atqui materia non existit ita & si enim ita existeret ejus
naturae includeretur existentia, seu existentia conciperetur tanquam essentiale materiae
atqui non & in ejus enim essentia non includitur existentia, quae tam potest concipi non existens
quam existens, atqui materia tam potest concipi non existens & ergo &
et certe si materia existeret a se et necessario esset eterna, atqui materia non est eterna
si enim materia extitisset ab eterno habuisset ab eterno existendi modum; atqui non potuit
habere ab eterno & si enim habuisset & vel a se vel ab alio; atqui nullos habuit existen
di modos ab eterno neque a se & et 1º quidem non habuit ab alio, supponitur enim nul
lum fuisse ens a materia distinctum, a quo potuisset materia, suos recipere existendi

modos æternos ergo 2ª non habuit a se, suas &c. si enim eas habuisset & vel necessario vel libere. atqui in materia non habuit ab æterno suas & neque 1º neque 1º quidem non habuit necessario si enim materia habuisset aliquem modum existendi necessario, ille modus esset essentialis materiæ; atqui nullus modus est essentialis materiæ, ille enim non est essentialis quo potest materia privari; atqui materia potest quolibet existendi modo privari. ergo &c. materia non habuit a se existendi modos libere nam ut habuisset existendi modos libere debuisset jam existere antequam sibi dederit aliquem existendi modum; atqui materia non potuit existere antequam nam si extitisset materia antequam, jam sine ullo extitisset; atqui dico non potest materiam extitisse sine ullo &c. existere enim sine modo et non existere est quid unum et idem, ergo &c.

Et certe si materia existeret a se et necessario esset independens quoad existentiam a quolibet atqui materia non est &c. nam materia non est independens quoad modificationes. atqui si esset independens quoad existentiam esset independens quoad modificationes. si enim esset independens quoad existentiam esset quoque independens quoad illud sine quo non potest existere atqui materia non potest existere sine suis modificationibus, ergo &c.

2um Argumentum Physicum.

Ordo mundi probat etiam invicte existentiam Dei

Prob. ut ordo mundi probet 3º sufficiunt 1º ut re ipsa existat ordo in mundo; 2º ut ordo iste habeat auctorem; 3º ut auctor ille sit Deus. atqui hæc 3ª certa sunt, 1º quidem existit ordo in mundo, nam ordo est totius universitatis singularumque partium eorumque inter se unio, summa concordia, integra proportio, ad eundem finem conspiratio; atqui existit in mundo summa videlicet, astra, sol, luna, coeli, dum sub ... splendescunt unde quoque singulorum ad suas fines aptatio; celos occupant sidera, caelis errabunda sydera, stabilisque temporibus utrius hemisphærii plagas calore recreantia, fulgore collustrantia ut sint horis operis et quietis alternæ repetitiones, sol ideo quod annis ab æquatore ad utrumque tropicum digreditur dividendo quatuor anni tempestates ut varia ad nos accessu et recessu mirandam in terra varietatem producat. Veneri, Jovi et saturno circumpositi sunt, ut solet lumen repercutientes solis absentis vices agant.

Quid dicam de elementorum concordi discordia? Aer refertur ad plantas renovandas, arbores excitandas fruges que et animalia nutrienda, suspendendis nubibus utilis est, edendis sonis formandis vocibus aere spiramus, aere valemus, aere vivimus qui si defecerit, vel etiam salubritate aliqua fuerit infectus, languor morbus mors denique superveniet, aquæ usus varios et multiplices nemo ignorat; ignis fovet recreat, vivificat omnia renovat, sine calore nihil fecundum nihil novum, nihil nisi languidum. torpens frigidum et inutile. Terra hibernis fecundata nivibus irrigata pluviis ventis purgata, commissum sibi semen quemvis complexatur, suo fovet paulatim explicat, mox tenere locat, begignis recreata solis aspectibus germinat fructusque per autumnum liberalis effundit, unde sint hominibus alimenta ... maturescunt brutis animalibus bruta hominibus fruges utrisque.

Miraculorum naturæ compendium est corpus humanum quanta in ipso membrorum ad proprios fines et ad hominis conservationem dispositio! quam ordinata varia organorum supellex tum ad utilitatem tum ad pulchritudinem. Ossa sublime, micantes oculi, dentes ... in arteriis valvulæ quæ sanguinem e corde ad extremas corporis partes defluere sinant, regressum prohibeant, in venis aliæ valvulæ quæ sanguinem ab extremis corporis partibus cor adire sinant reditu intercluso humores tum varii et repugnantes temperante temperati ad omnis vetustatem talis quæ corporis sanitatem. pellis tanquam molle indumentum, superes omnes artis experientia eandem non deprehendat, ergo 1º existit ordo in mundo.

2º Ordo ille habet auctorem, vel enim habet, vel est mundo essentialis vel ortus
est a casu fortuito, atqui neque est, neque. 1º quidem ordo ille non est mundo essentialis
nam ordo ille consistit in tali dispositione, talique quantitate singularum partium mate-
riae in tali motus gradu in tali directione, in tali quae partium omnium combinatione
situ et relatione, si igitur ordo iste esset mundo essentialis haec omnia essent ipsi essentialia
atqui nullum econtra ex his est ipsi essentiale. 1º quidem talis quantitas materiae non est mun-
do essentialis si enim talis quantitas materiae esset essentialis, dicendum esset necessarium
esse mundo ut existat talis numerus arborum, [illegible] lapidum, pecudum. atqui certe
non est necessarium ad existentiam mundi ut praecise existat talis numerus [illegible] ergo.
2º talis gradus motus non est essentialis materiae. nam si esset motus esset de natura ma-
teriae, talis atqui motus non est, nam ille non est essentialis & quae tam compatibilis est
cum quiete, quam cum motu, atqui natura materiae tam compatibilis est siquidem idea
quietis non magis destruit ideam materiae quam idea motus ergo. 3º. talis velocitas talis-
ve directio non est essentialis materiae non magis enim talis directio essentialis mate-
riae quam aliae diversae numero infinitae directiones atqui aliae numero infinitae directiones
materiae non sunt ipsi essentiales siquidem natura corporis non magis exigit unam di-
rectionem quam alteram, ut patet quod indesinenter ab una ad alteram indiffe-
renter continuo transeat ergo.
4º tandem talis relatio et combinatio non est essentialis materiae non magis
enim talis relatio est essentialis materiae generatim quam talis relatio et combi-
natio est essentialis singulis corporibus quae nos ambiunt, atqui talis [illegible] ergo.
2º ordo ille non ortus a casu fortuito, si enim ordo mundi ortus esset a casu fortu-
ito dicendum esset singulas mundi partes habuisse a casu fortuito talem configura-
tionem talem materiae quantitatem, talem velocitatis gradum, talem situm, talemque
proportionem tales intervallas proportiones infinitas possibiles quas habere potuissent
atqui hoc est absurdo absurdius, si enim ita esset, dicendum esset casu fortuito contin-
gisset sol alteri cuivis astro ultra quem ille qualemque est et [illegible] ut nostros tempe-
ratum magnitudines efficeret, dicendum esset globos alios casu fortuito distare
a terra, tantis intervallis qui si propiores essent, jam brevi in cineres redigerent, dicen-
dum esset casu fortuito ortam esse dispositionem ita aptam organorum hu-
jus [illegible] assumque, dicendum esset casu fortuito contigisse
ut homo haberet oculos ad objecta conspicienda eosque potius esse collocatos in
parte anteriori capitis quam in planta pedis ut haberet linguam ad suas mani-
standas cogitationes aures ad excipiendas cogitationes aliorum & atqui summe maxim[e]
omnium absurditate haec omnia dici nequeunt ergo.
Et certe, si ordo mundi oriretur a casu fortuito igitur ea omnia quae in mundo sunt orta
duxissent, a casu fortuito atqui hoc absurdum est: si enim haec omnia a casu fortuito ortum duxe-
runt quare nunc sterilis esset quare, nunc sterilis esset casus fortuitus? quare non de novo homi-
hoies formare plu? quare non alia corpora nova existerent? quare non nova terra amplius pro-
duceret equos boves qui haec explicare potuerit ejusdem casus fortuito debere architecti-
ne patent.
Et certe absurdissimum est dicere librum [illegible] scriptum potuisse oriri ex
fortuita proyectione literarum alfabeticarum absurdius esset dicere inspectantem
hujusce mundi ordinem ortum potuisse a casu fortuito quod libet sit enim opus elegantis-
simum nihil est si conferatur cum mirabili hujusce orbis structura. ergo &c

61 3° Auctor hujusce ordinis est deus, nam autor hujus ordinis est Ens necessarium alio-
rum entium conditor director quae et conservator atqui Ens necessarium &c est deus

---

Argumentum 3um Phisicum.

Existentia Animarum probat invicte existentiam dei, Prob.
Prob. illarum existentia probat quae fuerunt a deo creatae, atqui animae fue-
runt ⁊ vel enim fuerunt a deo creatae, vel existunt a se et necessario. atqui A-
nimae non existunt ⁊ si enim Animae existerent a se et necessario, existentia esset
ipsis essentialis, atqui existentia non est ipsis essentialis, si enim existentia esset
ipsis essentialis in idea animarum includeretur existentia earum, atqui non
includitur in illarum idea non includitur existentia, quae tam possunt concipi
non existentes, quam existentes, atqui animae tam possunt concipi non existentes quam
⁊ Et ente Animae varias experientur varias Affectiones atqui illae Affectiones
probant existentiam dei, illae enim probant quae non oriuntur nisi a deo,
atqui illae Affectiones, atqui affectiones non oriuntur ⁊ vel enim oriuntur a
deo vel ab Animabus vel ab objectis externis, atqui neque ab animabus neque
⁊ 1° quidem non oriuntur ab animabus si enim oriuntur ⁊ vel necessario vel
libere, atqui neque: neque ⁊ 1° quidem non oriuntur necessario, si enim orien-
tur necessario, eas continuo anima experiretur, atqui non continuo ut te-
statur sensus internus. ergo 2° illae affectiones non oriuntur ab anima
libere. si enim orirentur libere, ad libitum eas experiretur; atqui non
ad libitum ⁊ nam inter has affectiones aliae sunt gratae, aliae ingratae;
si anima posset eas ad nutum experiri gratas cum vellet adduceret,
ingratas quae abscederet atqui tandem anima, cum vult adducere ne durum ne
[illegible] saepe saepius moestissimas in istis patitur, abeunt gratae, cum eas retinere
cuperet, ergo 2°
2° affectiones illae non oriuntur ab objectis externis, ab iis enim non ori-
untur quae ex se ipsis nullam possunt in Anima impressionem producere,
atqui objecta externa, ex se ipsis [illegible] illa enim nullam possunt
inter quidem et actionem objectorum, externorum in partes corporis nostri
producitam, nulla est necessaria connexio, atqui inter animam ex actionem
⁊ siquidem objecta externa, sunt tantum causae occasionales, affectionum
quas experitur anima. ergo
Si Animae existerent a se, essent independentes quoad existentiam, atqui ani-
mae non sunt ⁊ nam si animae essent independentes ⁊ a fortiori essent
independentes quoad perfectiones, atqui animae non sunt ⁊ quoad perfectio-
nes nam si animae essent independentes quoad perfectiones haberent eas omnes
haberent quae compatibiles sunt cum natura sua, atqui animae non
habent eas omnes ⁊ si enim Animae haberent eas omnes perfectiones
quae sunt cum natura sua compatibiles, quaelibet anima ita esset perfe-
cta ut nulla perfectior concipi posset atqui econtra nulla est quae non
possit perfectior concipi; ergo

Argumenta moralia sunt etiam insuperabilia.

62 Argumenta moralia sunt ea quae depromuntur a voce conscientiae in omnibus hominibus et a consensu populorum utrumque porro est invictum et 1um Argumentum a voce conscientiae petitum. probat invincibiliter existentiam dei
Nullus est enim qui patrato scelere non experiatur remordentis conscientiae stimulos atqui isti stimuli sunt existentiae dei argumentum invincibile, illi enim sunt qui oriuntur ab ipsamet natura jura dei [illegible] vindicante atqui isti stimuli oriuntur nam isti stimuli sunt fuerunt quos in omnibus hominibus etiam invitis et reluctantibus, atqui stimuli qui [illegible] oriuntur nulla enim alia ratio afferri potest eorum necessitatis et uniformitatis ergo
Et vere isti stimuli probant existentiam dei qui non possunt oriri nisi ab ipsomet deo, atqui isti stimuli non possunt vel enim ab ipsomet deo oriuntur vel a nobis met ipsis, atqui non a nobis si enim a nobis oriuntur vel necessario vel libere, atqui neque 1o quidem non oriuntur a nobis libere si enim a nobis orirentur libere, eos ad nutum experiremur atqui non eos enim invitisemper patimur ergo 2o non oriuntur a nobis necessario si enim orirentur, eos experiremur quoties aliquid actus admitteremus et eo vividiores essent quo majora patraremus scelera, atqui non et non [illegible] diores sunt quia enim peccarunt ita scelera [illegible] [illegible] tamen tibi aliquando [illegible] ergo
Nota, non est tamen concludendum eos stimulos ideo non oriri a deo quia saepe deus permittit ut obmutescat in peccatoribus vox conscientiae, quia huic ipsi perpetuo resistunt
2o consensus populorum est etiam existentiae dei argumentum invictum ille enim est qui est unanimis et universalis circa existentiam dei et qui non potest oriri nisi a purissimo rationis lumine, atqui consensus populorum circa existentiam dei est et non potest oriri nisi [illegible]
1o quidem consensus ille est unanimis et universalis ille enim est qui viguit apud omnes populos moribus etiam et indole discordes, atqui consensus ille viguit si enim fides adhibeatur [illegible] nulla fuit gens tam fera tam quae barbara quae esset ignaret qualem deum habere debeat tamen habendum nesciat, nona quae fuit tam [illegible] cujus mentem non imbuerit divinitatis opinio si fides adhibeatur [illegible] nusquam stetit urbs aut oppidum quibus nullus fuerit deus ergo 1. 2o consensus ille oritur a purissimo rationis lumine vel enim oritur vel enim oritur vel a praejudiciorum fontibus, atqui non a fontibus nam praejudiciorum fontes duplices sunt generis alii interni alii externi: atqui neque neque 1. quidem consensus ille non oritur a praejudiciorum fontibus internis, nam praejudiciorum fontes interni, sunt sensus fallaces imaginatio deludens cupiditas quae abripiens atqui neque neque 1. non oritur a sensibus fallacibus, ab iis enim ab iis enim non oritur quo [illegible] superat idea dei cujus effor[illegible] potius absunt quam prosunt quibus renunciandum est ut illius recta idea habeatur, atqui idea [illegible] ergo 2. non ab imaginatione deludente ab illa enim non oritur quae nulla sub forma determinata effingere potest quae potius ipsum deformare nata est quam eff[illegible]

affirmare, qualis est adqui imaginatio ergo 3º non oritur a cupiditatibus
cupientibus aliis enim non oritur cujus idea totaliter ipsis adversatur frenum
quod dicit; adqui idea dei. idea enim dei est entis summe justi criminum vin
dicis earum proinde, qui habenas cupiditatibus laxaverint adqui idea dei ergo
& 4º consensus ille non oritur a fontibus prejudiciorum externis nam prejudiciorum
fontes externi sunt educatio. sophismata, et politica. adqui neque 1º qui
dem non oritur ab educatione nam consensus ille est constans uniformis et in
variabilis adqui consensus constans uniformis et invariabilis non potest enim hab
ea enim non potest oriri omnium consensus constans quae varia est pro variis
populis adqui educatio varia est ergo 2º non oritur a sophismatibus
nam ut consensus iste oriretur a sophismatibus, requireretur ut sophismata
possent omnes homines decipere, ~~...~~ circa existentiam dei adqui
sophismata non potuerunt nam inter homines alii sunt docti alii sunt indocti; adqui non
potuissent & docti enim statim sophismatum fallaciam detexissent, si indocti eam
detegere potuissent, eos non potuissent, ~~...~~ eos convincere, ergo 3º consensus ille
non oritur a politica nam ut consensus ille potuisset requireretur ut principes
potuissent omnes populos suo devincire, ad admittendam existentiam dei; adqui
principes non potuerant omnes populos hoc enim solent quae superstitionis ni
mium amantes ut fraudem detegere omni opera non conati fuissent ergo
& praeter ea quod etsi principes potuissent suos subditos ad credendam hanc opini
onem admittendam, nusquam potuissent omnes gentes totius orbis seducere
ergo certe si principes potuissent talem opinionem introducere aliquod
extaret monumentum hujusce eventus; quis dux fuerit, quis autorum ingen
ii, quosve progressus habuerit; adqui nullum hactenus extat monumentum
ergo.

Obj. contra primum argumentum ideo deus existeret juxta hanc proba
tionem quia existentia entium contingentium exigeret existentiam entis ne
cessarii adqui existentia entium contingentium non ergo. neg min

Prob min supponi potest series infinita causarum productarum et producen
tium quae sibi mutuo existentiam largirentur adqui posita illa serie infinita
necessaria non esse ergo.

Resp. 1º neg maj nam vel illa series existeret absque causa aut cum causa
adqui neutrum dici potest 1º non potest dici quod existat sine causa. non datur
enim effectus sine causa 2º non potest dici quod existat cum causa, alioquin
inde probaretur existentia entis necessarii. Etenim et in producti illud enim
ens est necessarium, quod existit vi naturae suae adqui ens illud quod esset
causa seriei infinitae existeret vi naturae suae illud enim existeret quod a
nullo alio potuisset existentiam accipere adqui ens illud a nullo alio
si enim accipere potuisset existentiam ab alio ente, vel ab aliquo sibi priore,
aut aut coaevo, aut posteriore adqui neque neque 1º non ab aliquo sibi prio
re. ens enim illud non esset eorum primum nullum agnosceret ens se antiquius
2º non ab aliquo ente coaevo aliquin series non amplius foret successiva
ut pote quae de agnoscerentur causae 3º non ab aliquo posteriore, tunc
enim duo entia effecissent sibi mutuo causae simul sui priora et posteriora adqui
hoc est impossibile ergo

Vel enim vel illa series infinita esset contingens vel necessaria atqui neutrum neque 1º non potest dici contingens nam debuisset ab alio accipere existentiam atqui non potuisset nullum enim existit ens extra hanc collectionem 2º non potest dici necessaria nam resultat ex pluribus contingentibus atqui series resultans non potest dici [illegible] magis enim series resultans potest dici necessaria quam aliquid resultans ex pluribus nihilis potest esse dici numerus potest dici resultans ex pluribus 0. quam substantia potest dici resultans ex pluribus modis atqui haec dici nequeunt ergo a pari &

Et certe non magis supponi potest haec series quam supponi potest catena in infinitum propensa quae a nullo sustineretur eo quod quaelibet annulus sola [illegible] cadereret atqui absurde quis supponeret

praeterea ridicule admodum ratiocinantur adversarii [illegible] enim requirunt productionem successivam singulorum entium quia aliaquin unumquodque non posset existere nisi aliquo eo quod ab altero produceretur igitur quilibet effectus proprie sinitus indigebit causa ut producatur et series infinita effectum non indigebit. ergo absurdum est ergo &

Resp 2º neg min. etsi supponeretur series illa infinita non sufficeret adhuc ad explicandam existentiam entium contingentium ad summum enim valeret ad explicandam existentiam earum quae ab aliis via generationis oriuntur atqui plurima sunt quae hac via non oriuntur ergo dicetur [illegible] saltem ortum duxisse ab alia [illegible] aut ab [illegible] semper igitur agnoscenda erit causa 1ª omnium entium proinde quae ens necessarium ergo &

Inst supponi potest quodlibet ens esse tantum necessarium secundum quid seu pro aliquo tempore essentialem esse ipsi existentiam, quo autem tempore [illegible] aliud ens producent [illegible] illud interiisset ens productum aliud produxisset sic in infinitum atqui facta hac hypotesi necesse non est [illegible] non est ut existat ens necessarium aeternum ergo & neg maj absurda est series necessaria quae complectitur ex entibus necessariis secundum quid nam inde sequeretur essentia illa esse necessaria in uno instanti et non necessaria in aliis atqui hoc absurdum est nam si ita esset essentiae rerum postularent existentiam entis pro aliquo instanti et pro sequenti non postularent atqui essentiae rerum non possunt postulare aliquem [illegible] essent immutabiles et invariabiles &. essentiae rerum non possunt exigere ut contingens sit natura sua in uno instanti et non sit in alio et hoc sit ratio quare sit in uno instanti et non in alio ergo

Obj. 2º concludimus collectionem entium esse contingentem eo quod singula entia distributive sumpta sint contingentia atqui talis non valet conclusio ergo

neg min non valet conclusio a sensu distributivo ad collectivum, atqui in hoc casu fieret conclusio a sensu distributivo ergo

Disting maj non valet si ea quae conveniunt distributioni non conveniant collectioni et vicissim, conc maj si conveniant neg maj atqui dist min sed quae conveniunt distributioni conveniunt etiam collectioni conc min non conveniunt neg min ergo neg conseq. itaque ea quae praedicantur possunt esse propria vel distributioni et non collectioni vel collectioni et non distributioni vel distributioni simul et collectioni. equidem [illegible] quae aut distributioni

65. aut soli collectioni conveniunt non valet conclusio a sensu distributiva ad collectivum sic male concluderetur exercitum non posse urbem expugnare ex quod quisque miles illam non possit sed in iis quae simul distributioni et collectioni conveniunt, valet conclusio a sensu distributiva ad collectivum sic bene concluditur collectionem partium constare corpore et anima ex quod quisque homo iis constet porro in hoc casu fieret conclusio a sensu distributivo ad collectivum sed de eo quod proprium est distributioni simul et collectioni secundum contingentia convenit utrique; contingentia enim convenit entibus spectatis ratione suae essentiae et entitatis atqui haec posito communis est collectioni simul et distributioni ergo &
Dist. non magis sequitur totam collectionem entium esse contingentem ex eo quod ens quodlibet sit contingens quam sequitur collectionem entium esse producibilem ex eo quod ens quodlibet sit producibile atqui ex eo quod ens quodlibet sit producibile non sequitur ergo a pari

Neg. maj. et paritatis ratio discriminis est quod in secundo casu quae conveniunt distributioni non conveniunt collectioni in 1º autem sit e contra quae conveniunt distributioni et [illegible] producibilitas enim cum non sit attributum fundatum in essentia et entitate cujuslibet rei sed pendeat ab agente extrinseco sequitur hoc vel illud ens esse producibile disjunctive quando agens illud producere voluerit, e contra 2º quae conveniunt distributioni relative ad entia contingentia conveniunt etiam collectioni relative contingentia enim entium cum sit attributum fundatum in essentia et entitate ipsorum non potest uni enti convenire quin aliis et toti enti conveniat ergo &

Obj. 1º contra 2um argumentum, mundus non probat existentiam Dei mundus enim est effectus finitus Deus autem est ens in omni genere infinitum atqui effectus finitus non potest probare existentiam entis infiniti ergo mundus non probat Dist. maj. effectus finitus non potest probare existentiam entis infiniti directe et immediate transeat mediate non potest probare indirecte et mediate neg. min. ergo dist. conseq. mundus non probat directe et immediate &
non probat indirecte et mediate neg. conseq.

Itaque duplici modo mundus probare debet existentiam vel immediate et directe vel [illegible] probaret immediate et directe existentiam Dei si per se probaret existentiam entis infiniti probaret vero indirecte et mediate si per se exigat existentiam entis alicujus quod sit ipsius causa prima [illegible] ergo &
Equidem esto quod mundus non probet directe et immediate existentiam Dei probat tamen indirecte et mediate ille enim probat & qui necessario exigit existentiam entis necessarii et independentis a quo fuerit creatus et a quo nunc gubernetur atqui mundus exigit existentiam entis & ergo quod quidem sufficit ad debellandos Atheos. contra enim intendimus probare contra eos existentiam causae primae a qua omnia entia dependeant postea eam esse infinitam demonstrabimus
& Dist. [illegible] et [illegible] immensum [illegible] effectus est finitus exigit tamen existentiam entis infiniti saltem ratione modi quo productus est effectus enim ille exigit in causa virtutem creandi, ac proinde potentiam infinitam et intelligentiam summam ergo.
Obj. 2º Ordo mundi non probat existentiam Dei. illius ordo non probat qui potuit talem sortiri dispositionem a fortuito motu partium materiae atqui ordo mundi potuit
Neg. min.
Prob. min. ut ordo mundi potuerit sic sufficit ut dispositio quam habent partes ejus

sit enumero earum dispositionum possibilium, quas suscipere potuit: atqui praesens dispositio est enumero &c. ergo.

Retorqueo argumentum Virgilii liber nullum habet auctorem ille enim nullum &c. qui talem potuit habere dispositionem, et fortuita projectione litterarum alphabeticarum, atqui potuit habere, ut enim potuerit habere talem &c. sufficit, ut litterarum combinatio quam nunc habet sit enumero earum quas suscipere potuit atqui combinatio litterarum praesens est enumero, ergo.

Resp. dist. maj. sufficit ut talis dispositio sit enumero earum quas suscipere potuit nulla dirigente intelligentia conc. maj. quas suscipere potuit aliqua dirigente intelligentia atqui talis est praesens dispositio est &c. quas suscipere potuit sed aliqua dirigente intelligentia conc. min. et nulla dirigente intelligentia neg. min. ergo neg. conseq.

Equidem dispositio praesens posset esse a casu fortuito eo quod sit enumero earum omnium possibilium quas suscipere potuisset nulla dirigente intelligentia, et esset etiam et aliqua sit intelligentia eam dispositionem dirigens non inde sequitur quod sit a casu fortuito &c. inde sequitur tantum quod auctor summe intelligens talem illi dandi dispositionem intenderit omnes quas suscipere potuisset, porro mirabilis dispositio hujus mundi est enumero earum quas suscipere potuisset, sed aliqua dirigente intelligentia quam necessario exigit, illa enim dispositio est constans et uniformis ac aptissima ad universitatis et singularum ejus partium concordiam conservandam atqui tali dispositio exigit &c. si enim tam mirifica dispositio non exigeret &c. posset a fortuito dici tractatum aptissime dispositum accepisse talem combinationem a motu fortuito omnium palarum posset a fortuito dici imaginem eleganter depictam esse casu a motu fortuito datarum; atqui haec omnia sunt absurda, ergo absurdum est &c.

Obj. ex mirabili ordine mundi non possumus eruere existentiam Dei quin cognoscamus fines quos ipsius auctor intenderit atqui non cognoscamus fines, ergo.

1º Negmaj. ut eruamus existentiam Dei necesse non est &c. sed sufficit ut cognoscamus ipsius auctorem intendisse aliquem finem et assumpsisse media apta ad eum assequendum atqui possumus cognoscere auctorem hujus mundi intendisse &c. si non cognoscamus &c. quisquis enim hunc ordinem intuitus fuerit, ideo deprehendet summae sapientiae objecta et media aptissima ad ea assequenda, ergo &c. neg.

Neg. min. saltem plures cognoscimus fines quos Deus intenderit licet non in se immediate sed in suis effectibus, cognoscimus destinatum fuisse oculum ad objecta conspicienda, et in tali corporis parte fuisse collocatum quo facilius ea conspicere posset, aures ad audiendum linguam ad loquendum &c. ergo &c.

Obj. 4º mundus non probat existentiam Dei ille non probat &c. qui est Deo indignus atqui mundus est Deo indignus, ergo.

Neg. min. ille non est Deo indignus in quo miro modo elucent divinae perfectiones qui in hoc mundo elucent ergo &c. v.g. potentia sapientia bonitas &c.

Probo min. ille est Deo indignus in quo multae deprehenduntur deordinationes atqui in hoc mundo multae deprehenduntur &c.

Dist. maj. ille est &c. in quo multae deprehenduntur multae deordinationes reales conc. in quo deprehenduntur deordinationes tantum apparentes neg. maj. atqui dist. min. in hoc mundo deprehenduntur deordinationes tantum apparentes conc. min. deordinationes reales neg. min. conseq.

Equidem mundus ille esset Deo indignus si in ipso deprehenderentur

67 reales deordinationes quia hunc reprehenderet in ipsa potentia aut sapientia infinita sed esse deprehenderentur denominationes tantum apparentes non inde sequitur quod sit deo indignus possunt enim iste deordinationes esse connectendo cum ordine universali porro deprehenderentur in isto mundo nullæ deordinationes sed mere apparentes, nunc non reales ut enim asseramus illas deordinationes esse reales deberemus cognoscere leges non posse conducere ad finem quem deus sibi proposuit, atqui non possumus nam ut posse noscere deberemus cognoscere universalitatem totius operis, tum etiam quæ connexiones quas ad se invicem habent omnes partes atqui non possumus ergo inconsulto assereremus illas deordinationes esse reales, similes qui putaret imperitus artificem ignorans cum imperfecte acquirat eo quod horam aut clavum aut ceram aut ... depingentes pariter qui ignorans fines quos deus sibi proposuit in qua opere, malum et victoriam, judicaret leges temeritatis ... ergo

Atqui etiam in hoc mundo sunt deordinationes reales, ergo nulla solutio.

Prob. min. realis est deordinatio, probus torquens et angi dum malo ... abundant, inveniuntur quæ ... atqui in hoc mundo probi torquentur ergo

Dist. maj. nisi sit altera vita in qua redditur virtutibus merces, et vitiis pena concedo si sit altera vita in qua redditur &c neg. maj. pariter distincta minore &c nego conseq.

Quidem realis esset deordinatio, viros probos torqueri et angi dum non esset altera vita, sed si admittatur altera vita in qua &c, jam evanescit predicta deordinatio, tantum enim et angores justorum erunt pretium, quod immensum gloriæ pondus lucrabuntur, ... gloriosa corona donabuntur, punita in hac vita, probi ... dum ... est altera vita in qua sua virtuti reddetur merces ... poena ... ergo.

Inst. Ex hac responsione sequeretur mundum istum non posse probare existentiam dei. Ille enim non potest ... qui non probatur deo dignus nisi jam supposita existentia dei, atqui mundus iste non probatur deo dignus nisi &c ergo. quidem supponi debet existentia dei alterius vitæ, quæ supponit existentiam dei ergo.

Neg. maj. ut mundus probet existentiam dei necesse non est ut probetur deo dignus sed sufficit ut probetur eum habere autorem, qui deus sit, unde mundus non probat existentiam dei præcise quia est perfectus, sed quia dum sit contingens probat existentiam causæ primariæ; quia non intendimus probare per mundum existentiam entis summe perfecti, sed existentiam causæ necessariæ æternæ, et improductæ.

Obj. 5º. Ideo mundus probaret existentiam dei quia fuit a deo creatus atqui non fuit a deo creatus ergo.

1º. esto major: non tantum quia mundus fuit a deo creatus ideo probat existentiam dei sed etiam quia ordo mirabilis qui elucet in mundo non potest nisi deum habere autorem. Unde etsi per impossibile, mundus esset æternus adhuc etiam probaret existentiam dei.

2º. neg. min. vel mundus fuit a deo creatus vel existit a se, atqui non existit a se ergo.

Prob. min.: creatio est impossibilis ergo deus mundus non fuit a deo creatus.

Neg. Antecedens. Illa non est impossibilis quæ nullam involvit contradictionem atqui creatio nullam &c. ibi enim tantum modo, ibi enim tantum modo adest contradictio ubi idem simul est et non est; atqui in creatione &c ibi enim idem non est simul &c ubi res non existens fit existens; atqui per creationem res non existens fit &c ergo &c.

Prob. Antecedens ex nihilo nihil fit atqui per creationem fieret ex nihilo ergo creatio est impossibilis.

Dist. maj. idest nihilum non potest esse principium alicujus rei conc. maj., idest res ex non existente non potest fieri existens, neg. maj. sic distincta minore nego conseq. Equidem ex nihilo nihil fit eo sensu quod ~~[illegible] existente fiat existens fuli~~ nihilum possit esse principium alicujus rei, ut pote quod nullam habeat proprietatem et causalitatem sed aliquid ex nihilo potest fieri, eo sensu quod res ex non existente fiat existens, uti sunt omnia entia quae nunc existunt. porro in creatione respondet. Deus non potuit omnia entia creare, non potuit enim deus quin ea omnia contineret; atqui deus non continet omnia entia ergo.

Dist. maj. quin ea contineret aut formaliter aut virtualiter conc. maj. quin ea contineret formaliter neg. maj. sic distincta minore neg. conseq. Itaque res contineri potest tripliciter et Sic. Equidem deus non potuit creare quin contineret ea saltem virtualiter, sed necesse non est ut ea contineat formaliter, sicuti ut meras actus producat sufficit ut eas virtualiter contineat, ergo porro.

Inst. atqui creatio est impossibilis ergo nulla actualis sine objecto, ad quod determinaret; atqui actio sine objecto esset impossibilis ergo. (creatio esset)

Neg. maj. creatio enim est actio practica, seu quae efficit objectum suum, atqui actio practica non est sine objecto, ergo.

Objo. probatio quam attulimus de existentia dei per existentiam corporum, non valet, illa enim non valet quae est circulus vitiosus, atqui illa probatio est circulus vitiosus ergo. neg. min.

Probo min. probare existentiam dei per existentiam corporum, et existentiam corporum per existentiam dei est circulus vitiosus; atqui probavimus ergo.

Dist. maj. probare iis qui non admittunt existentiam corporum, conc. maj. iis qui admittunt, neg. maj. sic distincta minore neg. conseq. Equidem probare esset circulus vitiosus si probatio dirigeretur ad eos qui non admitterent existentiam corporum; sed dirigatur ad eos qui eam admittunt. Jam non est circulus vitiosus quia probatio fieret alio principio alio ipsos admisso per nos probationes sed iis qui admittunt existentiam corporum non vero iis qui non admittunt. plures enim attulimus probationes aliae desumuntur ab existentia corporum aliae a natura dei aliae si quis non admittat existentiam corporum contra eum non dirigimus probationem ab earum existentia petitam sed alias ergo.

Obj. 2a. Mirabilia quae nunc videmus in mundo potuerunt oriri a casu fortuito, tam enim potuerunt quam innumera animalia quae nascuntur in corporibus putrefactis aut palustribus atqui haec omnia a fortuito casu nascuntur ergo.

Neg. min. illa enim non nascuntur quae exurgunt consequenter ad leges generales naturae, atqui animalia exurgunt ergo.

Obj. contra 3um. Argumentum consensus populorum non probat existentiam dei, illud enim probat qui eodem modo probaret existentiam plurium deorum atqui consensus populorum probaret eodem modo ergo. neg. min.

Prob. min. ille probaret eodem modo qui tam versatur circa plures deos quam circa unum, atqui consensus populorum tam &c. Excepta enim Judaica gente, omnes aliae plures deos admiserunt ergo.

Dist. maj. quidem versatur &c. etiam oriatur a primigenia rationis lumine conc. maj.

69 si non privativum neg. maj. si de distincta minore neg. conseq.

Itaque duo sunt distinguenda in consensu populorum, vel quod ex eo eruatur existentia alicujus dei, qui cumque sit, vel quod ex eo explicetur natura dei quatenus ex consensu populorum probatur existentia alicujus dei, qui sit omnium creator et director, ille oritur a purissimo rationis lumine quatenus vero ex eo explicatur natura ~~ex eo explicatur~~ dei oritur a fontibus errorum, et prejudiciorum ideo enim plures deos admiserunt, quia ex errore crediderunt, unum deum non posse providere omnibus creaturis, quapropter varias mundi partes variis diis demandaverunt regi, celum Jovi plutoni inferos neptuno mariae unde eorum consensus nihil probat circa naturam dei, alioquin consensus populorum probaret existentiam plurium deorum, qui versaretur pari modo plures circa deos si oriretur a purissimo rationis lumine, sed si quatenus versatur circa plures deos oriatur a fontibus prejudiciorum, non inde sequitur quod eodem modo probet, de primo consensus populorum quatenus versatur circa plures deos oritur a fontibus prejudiciorum, non vero a puro rationis lumine quia ex errore deformabant naturam dei quem tamen omnes existere agnoscebant, ergo Inst. ille non probat existentiam dei qui est eorum qui nullatenus admiserunt existentiam dei, sed alicujus entis chimerici atqui fere omnes populi non admiserunt nisi existentiam entis chimerici ergo

Dist. maj. illorum qui non admiserunt existentiam alicujus dei etsi ipsius naturam ejus deformaverint conc. maj. qui non admiserunt existentiam dei vero, ipsius deformanda naturam neg. maj. et sic distincta minore neg. conseq.

Alioquin consensus populorum non probaret existentiam dei si unanimiter non admisissent existentiam alicujus entis supremi quod cumque sit, sed etiamsi deformaverint ipsius naturam non inde sequitur eorum consensum, non probare existentiam dei ex eo consensu enim populorum probamus existere aliquem deum, abstrahendo ab eo quod deus ille, quem admiserunt, sit verus deus neg. ne inde sequitur ens chimericum numen admissum a quibusdam populis inde sequitur solum fuisse caecos et obtusos ut plane naturam dei ignoraverint, porro populi non admiserunt eo sensu quod fere omnes ignoraverint, ejus naturam deus seu quod deus quem admiserunt non fuit verus deus sed saltem agnoverunt existentiam alicujus entis supremi cui debendum erat supremum cultum exhibere, sed varia et ridicula objecta illius eligebant, ergo

Inst. consensus divinitatis destructivus non probat existentiam dei atqui consensus populorum qui plures deos agnoverunt est divinitatis destructivus siquidem deus aut unus est aut nullus ergo

Dist. maj. non probat existentiam dei sub eo respectu sub quo est divinitatis destructivus conc. maj. sub ~~eo~~ alio respectu, neg. maj.

Itaque ut jam diximus duo sunt consideranda in consensu populorum circa existentiam dei vel prout versatur circa existentiam alicujus dei vel prout versatur circa ipsius naturam. Alioquin consensus populorum non probat existentiam dei sub eo respectu sub quo est divinitatis destructivus sed probat sub alio, sub eo enim respectu sub quo est divinitatis destructivus oritur a fontibus prejudiciorum

quod tenus ubique versatur circa existentiam dei oritur a purissimo rationis lumine et invicte illam adstruit, ergo.

Obj. 2º ut consensus populorum probaret existentiam dei deberet esse universalis, atqui non est universalis, nulli quippe sunt populi apud quos nunquam viguit idea dei, ergo.

Dist. maj. deberet esse universalis moraliter concedo majorem, deberet esse universalis metaphysice nego maj. sic distincta minorem.

Itaque universalitas duplex moralis et methaphysica 1ª ea est quae de majori numero intelligitur 2ª quae de omnibus ne uno quidem excepto.

Equidem ut consensus iste debeat esse universalis, moraliter, sed necesse non est ut sit universalis methaphysice, ut enim ex ea probetur requiritur tantum ut ostendatur ipsum oriri a purissimo rationis lumine, atqui ut ostendatur, necesse non est ut sit methaphysice universalis, porro consensus ille, non est methaphysice universalis sed est moraliter testantur enim viatores nullum fere esse populum apud quem non reperiatur aliqua supremi entis idea, etsi sint alii qui hac negent non idea ipsis est fides adhibenda, quia saepe ignorabant linguas mores que illorum populorum, proinde quae non potuerunt cognoscere utrum aliquam haberent dei opinionem, quia adhuc non uti sunt apud ipsos templa, cultum que religionis externum cum potuerint isti populi deum interius colere absque ulla cultus externi ritu, ergo.

Subs. atqui nisi consensus ille sit metaphysice universalis non probat existentiam dei. Prob. subs. consensus ille non potest probare existentiam dei nisi sit luminis naturalis effectus, atqui non erit lux naturalis nisi sit, ergo. nego min.

Prob. min. non erit lux naturalis nisi reperiatur in iis omnibus qui naturam humanam participant atqui nisi sit methaphysice universalis non reperietur, ergo.

Nego maj. etsi non reperiatur in iis omnibus qui participant, non inde sequitur quod non sit lux naturalis, non magis enim sequitur istum consensum non esse lux naturalis et quod omnino desit, quam sequitur non esse naturale arboribus ferre fructus ea quod quaedam sint quae non ferant. atqui non inde sequitur, sequitur tantum ut sicut radio et vigeat ex talibus, requiritur eam hanc extolant, ut sicuti arbores indigent cultura ut fructus ferant, ita pariter ut aequa augeat apud eos hoc ingenii cultura et labore, ab iis que tantum agnoscitur qui non educantur et ferarum more vivunt.

Obj. 3ª ille consensus non probat existentiam dei qui potuit oriri a securitate theismi atqui consensus populorum potuit a parte enim ad boa haec ut ad admittendam dei existentiam eo quod videt theismus sit tuta sententia dum atheismus sit periculosa, ergo.

Nego securitas theismi non fuit sufficiens ad adducendos hoc ad credendam existentiam dei illa enim non fuit sufficiens, si quam abjicere conati fuissent potius quam admittere. atqui hoc conati fuissent, opinionem enim illam abjicere conati fuissent, quae firmum certissimam habent dei existentiam, omnimode tenentur ipsam abjiciunt, ut cupiditatibus et voluptatibus obsequantur, a fortiori carerent ipsi quibus certa non esset et inconcussa dei supremi existentia, ergo.

Obj. 4º ille consensus insufficiens est ad probandam dei existentiam, qui totam vim desumit ab aliis probationibus, atqui consensus ille desumit, hoc enim dei existentiam non admiserunt nisi quia adducti fuerunt legitimis rationibus ad eam admittendam et istae rationes sunt eae quas attulimus, ergo.

Nego min. independenter ab aliis probationibus vim habet et probandi consensus populorum, quaecumque enim sint rationes quae speciales quae adduxerint hoc ad admittendam existentiam dei certum est hanc opinionem fuisse apud eos

uparinem, et anini non passe a prejudiciis nun partibus prouide que de ipsam het
Lumine rationis. atque ex hoc orsus fuerunt irrationis et non patent origine probat
independenter de ejusque providentia sumpta, a consensu populorum, saltem valet ad
ostendendam eam, aliorum probationum, nimirum quod a deo orta sint per induli
lata momenta quibus nititur Existentia dei, ut per eam adducti fuerint hoc, cujus
libet loci et temporis ad eam admittendam.

Reflexion par lesquels nous pouvons nous elever a la connessance de Dieu
Nous ne pouvons pas nous dissimuler combien nous sommes faibles a chaque
instant nous sentons l'impuissance ou nous sommes d'avoir au de faire ce que nous desi
rons, et nostre bonheur comme nostre estre a pouvoir de tout ce qui nous
environne, mais les corps dans la dependance des quels nous sommes, ont ils desseins
d'agir sur nous, ne sont ils sans doute: ils dependent eux memes et obeisent a mouve
ment qui leur est donne.
L'eguille de vostre montre marque les heures elle na pas la volonte
de les marquer elle obeit a ressort qui est dans vostre montre, l'horlogeur a fait
L'eguille et le ressort ills est la cause est et la montre effet.
Vous voyez dans une montre une subordination d'effet et de cause,
L'eguille est mue, voyla un effet le mouvement lui est donne par une roue
qui agit sur elle, immediatement et cette roue est la cause, de mouvement
de l'eguille, le mouvement de cette roue est un effet par rapport a une autre
roue qui la fait mouvoir et ainsi successivement par sa, depuis le mouve
ment de premier ressort jusqua celui de l'eguille il y a une suit de mouve
ment qui sont tout a la fois, effet et cause sous different rapport.
Une exemple plus familier vous rendra la chose encore plus sensible lors
que vous faite une procession avec des cartes vous voyez quand faisent tom
ber la premiere tout les autres tomber, vous remarquez que la chute de
la second, est l'effet de la chut de la premiere et en meme temps la cause
de la chute de la 3ème c'est la ce que j'appel une suit de cause et d'effet
subordonne.
Or il est evident que dans une suit de cause et d'effet, il faut necessairment qu'il y est
une premier cause s'il n'y avoit point d'horlogeur il n'y aurait point de montre reffle
chissez sur vous meme et vous serez convaincu quil y a en vous comme dans une montre
une suit de cause et d'effet subordonnee reflechissez sur l'univers ce sera a vos
yeux une grand montre ou il y a encor une subordination de cause et d'effet.
nous venons de voir que, lorsqu'il y a, une subordination de cause et d'effet il y a
necessairment une premier cause il y a donc une premier cause qui a fait l'uni
vers pour etablir cette subordination entre le cause il en faut connoitre parfaitment
tout les rapport, il faut avoir l'intelligens de tout les parties une horlogeur ne sera pas
capable de faire une montre s'il y a une seule partie dans il ne sage pas les proportion
l'horlager qui a fait l'univers a donc necessairment de l'intelligens
Comme l'intelligence de l'horlager doit embrasser tout les parti d'une montre
l'intelligens de la premier cause doit embrasser tout l'univers, si quelque partie
echapper a sa connoissance il ne lui seroit pas possible de la mettre en ordre

ou elle doit etre; et cependent son ouvrage serait detruit si une seule etait
hors de sa place or une intelligence qui embrasse toute est une intelligence infini
l'intelligence de la premiere cause est donc enfini mais pour faire une maniere il
il ne suffit d'en avoir l'intelligence il faut encor en avoir l'adresse ou le
pouvoir ~~l'adre~~ la puissance de la premier cause est donc aussi etendu que son
intelligence, elle embrasse tout; elle est donc infini puisque cette premier
cause embrasse tout elle est partout elle est donc immense, des que cette
cause est premier elle est independant si elle dependait il y aurait une
cause qui serait avant elle mais puisque il faut necessairement qu'il y ait une
qui serait premier c'est une consequence que cette meme cause soit indepen
dente. Cette premier cause etant independente toute puissante et souverainement in
telligente, elle fait tout ce qu'elle veut elle est donc libre,

Elle ne peut acquerir de nouvelle connaissence; car son intelligence est infinie
elle voit d'un coup d'oeil le present le passe et l'avenir elle ne peut pas non
plus changer de resolution car si elle en changeait elle n'aurait pas tout prevu elle
est donc immuable; c'est une suite de son independence qu'elle n'est pas commencee et
qu'elle ne puisse finir si elle avait commence elle dependrait de celle qui lui a
donne l'etre et si elle pouvait finir elle dependrait de celui qui pourrait
cesser de la conserver, elle est donc eternelle,

Comme intelligente elle discerne le bien et le mal juge le merite et le de
merite, comme libre elle agit en consequence c'est a dire qu'elle aime le bien et hait
le mal recompense la vertu punit le vices et pardonne a celui qui se repent
et se corrige, dans tout cela elle ne fait que ce qu'elle veut parce qu'elle veut le
bien et ne veut que le bien

Les qualites de cette cause s'appelle attribut et on donc a l'attribut par lequel
elle punit le nom de justice, a celui par lequel elle recompense le nom de bonte,
a celui par lequel elle pardonne le nom de ~~misericorde~~ la puissence qui fait tout
l'intelligence qui regle tout, la bonte qui recompense, la justice qui punit la
misericorde qui fait grace s'exprime par un seul nom celui de providence
il vient d'un mot latin qui signifie pourvoir c'est en effet par ces attributs que
cette premiere cause pourvoit a tout une premiere cause tout intelligente tout
puissente toute independente libre, immuable, eternelle immense juste bon miser
icordieuse et dont la providence embrasse tout voila l'idee que nous devons a
voir de Dieu si vous reflechissez sur les attributs de Dieu vous verrez dans
quelle ordre nous les concevons vous remarquerez premierement que la liberte
est le resultat de l'intelligence de la toute puissance et de l'independence en
second lieu que la toute puissence et l'intelligence infini embrasse l'eternite et
l'immensite car il faut que Dieu soit et agisse dans tous les lieux et dans tous les
temps en 3eme lieu vous jugerez qu'une cause qui est partout et qui voit tout doit
etre immuable vous verrez en quatrieme lieu que de sa connessence et de sa
liberte naisse sa justice et sa misericorde, enfin lorsque vous reunirez tout ses
attribut vous vous ferez l'idee de la providence

De variis Atheorum sistematibus

73 Atheos, quod quod extitere efficacissimo Argumento, impellebant Theiste, petito ab origine mundi mirabili que omnium ejus partium ordine ut autem hoc declinarent varias excogitarunt circa mundi genesim hipotheses, 3es precipuas recenseltimus scilicet academicorum Epicureorum et spinose.

De systemate Academicorum

Academici mundum increatum, atque eternum commentiti sunt quam absurda sit hec Opinio jam ex dictis demonstratum manet, ut autem magis ac magis pateat, sit

Conclusio

Mundus non est Eternus

Prob. Nam non habemus Annales nisi paucissimorum Annorum, non nisi recentia monumenta, atqui si mundus esset Eternus, remotiorum Temporum, Annales, haberemus, et aliquia que monumenta talis enim semper fuit horum indoles ut eventus Etatis sue memoria dignos ad posteros transmitterent ergo

Et certe, si mundus esset Eternus scientie Artes que presertim, que ad vite conservationem necessarie sunt essent per Antique, atqui tamen hae sunt quam recentes, ille enim sunt recentes quarum nominantur auctores, Initia progressus, et Incrementa, atqui Arcium scienciarum et artium nominantur sic Phitagoras nominatur Parens philosophie Aristoteles dialectice, socrates Ethice, Euclides mathesheos, hipocrates medicine, nominantur pariter Inventores, Artium ad vite usum, necessariarum pariter Initia nascuntur vel historias, materias, Thipographia, & quirimonia Rium imperatorum, et Legum, et Principum Inicia ergo.

Et certe, Omnes Omnino populi Uno Ore recentem mundi efformationem admiserunt atqui ille consensus probat mundum non esse Eternum, ille enim probat & quorum non potest ordiri nisi a cognita mundi Origine atqui ille consensus non potest oriri nisi & vel enim ille consensus non potest oriri, nisi & vel haec effinxerunt hancce opinionem atqui non potuerunt haec & si enim potuissent & vel aes simul vel quidam ex ipsis atqui neque aes... neque & quidem non aes simul. ob varia enim commoda variam que indolem na... haec possunt de facilitate convenire, 2o non quidem ex ipsis, ille nam non potuerunt & contra quem aes alii reclamassent, atqui contra eas Omnes ergo

Et certe si mundus esset Eternus haec etiam Extitissent ab eterno atqui haec non extiterunt & nam numerus horum, nunc existentium non est infinitus atqui si haec extitissent & ne ra enim ... numerum horum, singulo quoque seculo, esse uno homine saltem majorem posito quod singula quaque seculo, numerus horum sit uno homine major iste numerus deberet esse infinitus si quidem ab Eterno usque nunc effluxerunt secula numero infinita ergo

Obj. Ideo mundus est Eternus quia nova essent inventiones artium et scientiarum atqui haec novitas nihil probat ergo neg min.

Prob min, ea novitas nihil probat, modo artes potuerint olim vigere, et postea perire, qui antes potuerunt & ergo

Neg min. haec revolutia plane est impossibilis, si que contigisset, perisset solum modo artes curiose non vero que necessarie sunt, non possunt etiam iste perire quin pereat Genus humanum, quia ad ipsius usum quotidianum sunt indispensabiles. ergo

Obj 2o. Ille potest dici Eternus cujus antiquitas nullo argumento certo constat. ut nemo possit de ejus eternitate judicare, atqui mundus saltem & siquidem habentur annales apud egiptios et caldeos que extenduntur. ad innumeras annorum centena millia.

Resp. Istam antiquitatem esse fabulosam, et ficticiam, illa enim est a quarum
14 fundamenta nihilum adqui nullitas ergo. Deinde minimum non est quod dictam
antiquitatem referant Ægiptii et caldei existentiam imperii sui quia apud eos annus
fuit unius mensis aut quatuor mensium, unde tot annos facile potuerunt numerare
et nobiscum de eadem antiquitate convenire, preter ea ipsi numerant longam seriem an-
norum per quas dii regnabant postea regnarent homines, qui certe magis fabulam redolet.
tandem dato quod illa series annorum immensa vera foret non ideo mundus esset eternus, necesse
haberemus quam ergo
Obj. 3. Ideo mundus non esset eternus quia alioquin numerus hominum esset infinitus
adqui mundus potuit esse eternus quin numerus hominum ergo. neg. min.
Prob. min. Numerus hominum potuit non esse infinitus modo plures fuerint Eventus
qui illum imminuerint, adqui potuerunt e.g. pestes bella inundationes ergo.
Neg. min. illi Eventus non potuerunt sensibiliter imminuere numerum hominum quantum-
vis enim famosi fuerint pro nihilo reputabitur numerus hominum qui per ipsos perierint
bellum e.g. ingens inter duos reges relative ad mundum universum, est velut pugna
duorum hominum, destructio totius regni est veluti destructio unius familie. prob.
Prob. min. supponi potest Evenisse, diluvia universalia, sicuti illud quod contigit
tempore noemi, adqui hac posita potuerunt plures Eventus numerum hominum minuere ergo.
Neg. maj. nullum diluvium generale contingere potest absque miraculo omnipoten-
tie divine proinde quod locum nunquam habebit in hipotesi quod deus non existat
deinde si tale diluvium contigisset totaliter perire debuisset genus humanum tunc
enim nulla providentia, nulla que auxilio, potuisset salvari preterea si talia contin-
gissent diluvia aut eorum monumenta extarent aut non extarent, si quedam, eo-
rum monumenta extassent a posteris fuissent cognita; si nulla antiquitas mundi
ultra non ascendit,

De Sistemate Epicureorum,

Epicurei exsibilabant ut absurdum sistema academicorum, circa mundi genesim, aliud
tamen absurdius adinvenerunt. nolunt mundum esse eternum, et increatum, sed ipsum
materialem que ejus ordinem, omnia a casu fortuito pretendunt, ut autem mentem suam
aperiam juxta eos duo sunt summarum principia, vacuum et Atomi, vacuum est illud spatium
immensum, in quo moventur athomi. Athomi sunt corpuscula perfecte dura, extensa et in-
divisibilia, Athomi sunt a se Existentes, et eterne, sunt propemodum infinite, diversas ha-
bent figuras alie sunt oblonge, Alie rotunde alie quadrate alie triangulares.
Motus est essentialis atomis, proinde quod ab Eterno moventur. duplex est eorum motus
Naturalis et reflexus motus naturalis ille est quo deorsum moventur pro insita gravi-
tate Motus reflexus, ille est quo una Athomus in aliam impingens ab ea reflectitur. Motus na-
turalis 2plex est. perpendicularis et clinamius, motus perpendicularis ille est quo deorsum tendunt
juxta lineam rectam, motus clinamius ille est quo a linea perpendiculari deflectunt lin-
eam describendo, Athomi inquieto motu agitate, a linea recta deflectentes in se invicem
impegerunt, alie aliis adheserunt, alie in varias partes reflexe sunt, ex ea reflexione
multiplici et adhesione mutua prodiit tandem presens mundi constitutio ex infinitis com-
binationibus possibilibus. Deinde dans animalia hominesque orta sunt ex limo terre, radiis solis
nimis calefacto, et ad ea nutrienda, exortus ab ubere terre, succum quidam, lactis consimilem,
quod spectat ad cogitationes nostras orte sunt ex variis dispositionibus variis que Atho-
marum motibus.

Conclusio,

75 Reijciendum est sistema Epicureorum.

Prob. illud est rejiciendum cujus principia sunt falsa et absurda, quibus quae positis non potest explicari hujusce orbis mirabilis origo atqui haec duo vera sunt. 1º quidem principia Epicureorum sunt falsa, nam juxta ipsos Athomi existunt a se, et motus quae est ipsis essentialis atqui falsum est. 1º quidem falsum est athomos existere a se; nam Athomi sunt partes materiae: atqui, ut probavimus, materia non existit a se, ergo. 2º falsum est etiam motum esse ipsis essentialem, nam non potest motus esse essentialis Athomis quin sit etiam essentialis materiae: atqui, ut probavimus, motus non est essentialis materiae, ergo.

2º positis iis principiis, non potest explicari hujusce orbis origo mirabilis. ut enim Athomi potuissent efformare hunc spectabilem orbem requireretur ut Athomi sibi occurrissent et in se se invicem impegissent, ut aliae ab aliis reflecterentur ut aliae aliis adherentes mirabilia quae in hoc mundo conspiciuntur efformassent atqui haec omnia impossibilia sunt.

1º quidem Athomi non potuerunt sibi invicem occurrere illae enim non potuerunt quae ab aeterno moventur secundum lineam rectam, cum eodem velocitatis gradu, et eadem determinatione atqui Athomi ab aeterno moventur. 1º quidem Athomi moventur ab aeterno secundum lineam rectam. vel enim moventur, vel potuerunt aliquando ab ea deflectere; atqui athomi nunquam potuerunt. si enim potuissent ab ea deflectere, maxime per motum declinationis atqui non potuerunt per motum declinationis si enim potuissent per hunc motum, vel motus ille esset ipsis essentialis vel accidentalis, atqui neutrum dici potest. 1º quidem non est ipsis essentialis; alioquin ab aeterno donatae fuissent eo motu cum e contra juxta Epicureos motu perpendiculari donatae sint 2º motus declinationis non est ipsis accidentalis, nam si esset ipsis accidentalis vel quia a motore externo impressus fuisset vel quia sibi eum libere comparent Athomos. 2º non sibi libere Repugnat enim partes materiae, absque influxu agentis extrinseci aliquid sibi impertiri ergo.

2º Athomi moventur cum aequali velocitatis gradu, vel enim vel una potuisset altera tardius progredi; atqui non potuit. si enim vel quia minorem receperisset motum a motore, vel quia minus esset mobilis vel quia experiretur resistentiam ex parte medii: atqui neque neque 1º quidem non quia recepisset minorem Athomi enim independenter sunt in motu suo a qualibet motore.

2º non quia Athomi enim res sunt ejusdem naturae et conditionis proinde quae aequaliter mobiles, 3º non quia moventur enim in vacuo perfecto, quod nullam ipsis affert resistentiam. ergo.

3º Moventur Athomi secundum eandem determinationem, illae enim moventur quae necessario obsequuntur gravitati quia deorsum feruntur atqui athomi juxta Epicureos ergo.

2º non potuerunt Athomi sibi occurrentes reflecti nec reflectere. nam reflexus exigit compressionem, atqui Athomi sunt incapaces compressionis

Ex Epicureis enim sunt perfecte dure. ergo &
3º sibi adherentes non potuerunt mirabilia quae in mundo conspiciuntur efformare nam non nisi casu fortuito haec omnia mirabilia evenissent; atqui absurdum est dicere omnia quae in mundo conspiciuntur casu fortuito evenisse nam ordo mirabilis qui in iis [illegible] regnat, est constans et invariabilis; atqui ordo invariabilis et constans ut jam probavimus, non potest esse a casu fortuito ergo &
Et certe, ut ex concursu athomorum sibi adherentium exurrexisset mirabilis hujusce orbis compages requirerefur ut omnes athomi, in se se invicem impegissent cum ex precise ea quae ex infinitis figuris possibilibus tum eo precise velocitatis gradu qui necessarius erat huic universitati informandae atqui impossibile est ut athomi fortuito casu in se se invicem impingerent & si enim haec ita contigissent, dicendum esset fortuito casu, athomorum concursu ~~[illegible]~~ fuisse confectum, dicendum esset fortuito casu salem athomis [illegible] ultra citra quae aequatorem orie et recline dicendum esset & dicendum esset ergo & de si

De sistemate Spinosae

Spinosa contendit unicam esse substantiam, scilicet hancce mundi universitatem, hancque substantiam unicam vocat deum unde deus spinosae est mundus iste visibilis. ut autem portentosum sistema suum stabiliat statuit definitiones axiomata, praecipua de finis [illegible] quae est fundamentum falsi sistematis est illa quam affert de substantia, Substantia inquit est id quod in se est et quod per se concipitur, seu cujus conceptus non indiget altero conceptu. Ex hac definitione obscura sic habita [illegible] instituit 1º substantia est unica nam si plures essent substantiae haberent attributa communia atqui substantiae non possunt & si enim haberent & per se se invicem conciperentur atqui substantiae non possunt, & substantia enim per se concipitur et non per aliud ergo
2º substantia illa unica est increata hoc probat ex illo axiomate, cognitio effectus pendet a cognitione causae, sed inquit, substantia unica est increata, uti habet causam, atqui substantia non habet causam, si enim haberet & per causam suam conciperetur atqui non potest per causam & substantia enim per se concipitur et non per aliud 3º
3º substantia illa unica et increata est infinita illa enim est inquit infinita, de qua nulla potest fieri negatio atqui de illa substantia nulla & cum enim sit unica, omnia continet quaecumque esse possunt modificationes
4º cogitatio et extensio sunt illius substantiae nullum enim est aliud subjectum cui inhaerere possunt.
5º Illa substantia est libera et si agat necessario, quia juxta ipsum a nullo principio extrinseco cogitur
6º Illa substantia unica increata infinita libera est deus. En praecipui sistematis spinosae Articuli quos ita futilis et absonis probationibus fulciuntur ut vix periti possint eos intelligere juxta quosdam spinosa est materialista, et nihil admittit praeter corpora, unde cogitatio non est vera et proprie dicta cogitatio sed ipsam habet [illegible] essentia phisica juxta alios est immaterialista et nihil admittit praeter cogitationem, unde corpora non existunt realiter sed intelligibiliter tantum, illud sistema refellendum nobis incumbit tum negative tum positive

Conclusio 1a

Sistema spinose refellitur negative

Prob. Illud enim refellitur negative, cujus ostenditur inefficacia demonstrationum sed
atqui ostenditur inefficacia demonstrationum sistematis spinose; illius enim ostenditur inefficacia
quod peccare probatur in definitionibus, axiomatibus et propositionibus, atqui illud sistema
peccare probatur 1o. quidem peccat in definitionibus; sit enim ista definitio, quae praecipuum
totius sistematis fundamentum, substantia est id quod in se est et per se concipitur, atqui
peccat haec definitio et est prorsus ridicula illa enim est quae duplici sensu intelligi potest
et quae sub uno sensu est vera sed non favet spinose et quae sub quo sensu favet spino
se est falsa, atqui ista definitio est nam per id quod per se concipitur vel spinosa intelligit
id quod non indiget subjecto inhaesionis vel id quod sua natura est et necessario existit, atqui
si prius intelligit vera est definitio et non favet spinose idea enim faveret quia ex hac con
cludere posset unicam esse substantiam, atqui non potest ex hac concludere innume
ra enim sunt entia quae non indigent subjecto inhaesionis ut existant; si posterius
intelligat definitio ipsi favet sed est falsa illa enim est falsa quae aliena est a defini
tione quam unanimiter omnes afferunt de substantia, atqui haec definitio aliena
est ergo
2o. axiomata sunt etiam falsa sit enim istud v.g. cognitio effectus pendet a cogni
tione causae atqui illud axioma est falsum illud enim est quod duplici sensu intelli
gi potest sub uno verum et non favet spinose sub altero ipsi favens sed falsum, atqui
illud axioma nam per effectum vel spinosa intelligit effectum materialiter
vel formaliter sumptum si intelligat effectum formaliter sumptum, seu quatenus
est a causa productum est verum et non favet spinose, ex eo quod enim cogni
tio effectus formaliter sumpti pendeat a cognitione causae non inde sequitur illo
rum esse substantiam, non posse ab altera produci, si intelligat effectum materiali
ter sumptum, seu quatenus est ens existens sine ullo ordine ad causam falsum est
axioma innumeri enim sunt effectus qui concipi possunt non attendendo ad eo
rum causam ergo 3o. falsae sunt etiam propositiones sit enim ista v.g. ex qua alterae
deferre fluunt duae aut plures res distinctae distinguuntur vel ex diversitate attribu
torum vel ex diversitate affectionum atqui propositio ista est falsa si enim duae
res possunt esse distinctae et tamen habere attributa similia, et affectiones simili
falsum est dicere atqui duae res possunt sic duo numero perfecte similes distinguun
tur similiter duae aquae guttae ergo spinose in hac consistit quod confundat distin
ctionem cum diversitate distinctio enim est differentia quae sunt plura seu quo
rum unum non est alterum; sed vero sunt diversa quae non sunt similia ergo

Conclusio 2a

Sistema spinose refellitur positive

Prob. in hoc duplici stat sistema totum spinose 1o quod sit unica substantia
2o quod illa atqui utrumque falsum est 1o quidem falsum est unicam esse in
mundo substantiam nam substantia juxta spinosam est id quod per se concipitur
et non indiget conceptu alterius sed ejusmodi sunt substantiae quod sunt entia

quae concipi possunt per se et absque conceptu alterius; atqui in mundo innumera
sunt entia quae possunt concipi per se sic corpus concipitur absque conceptu animae
et ejusdem anima absque conceptu corporis ergo.
Et certe juxta notionem substantiae ab omnibus traditam substantia est id quod non
indiget subjecto inhaesionis ut existat atqui in mundo innumera sunt entia quae non
nam in mundo existunt corpora atqui in corporibus existunt innumera entia quae
non [illegible] tot enim sunt entia existentia independenter quot sunt partes in corporibus
a se invicem distinctae et a se independentes atqui innumerae sunt partes ergo
Certe multiplex est in mundo substantia modo in eo sint plures modificatio-
nes incompatibiles in eodem subjecto atqui in mundo plures sunt modificationes
nam modificationes vel sunt animarum vel corporum atqui tum in animabus
tum in corporibus sunt modificationes incompatibiles 1a quidem in animabus
sunt modificationes incompatibiles. nam item animae alia vult aliud non vult
unam et eandem rem una nouit et altera ignorat una amat altera odio habet
habet atqui volitio et nolitio cognitio et ignorantia, amor et odium sunt in eo-
dem subjecto incompatibilia ergo 1a. 2a in corporibus sunt modificationes in-
compatibiles nam in corporibus alia sunt quadrata alia sphaerica alia moventur
alia quiescunt atqui sphaerica et quadrata motus et quies sunt in uno
et eodem corpore incompatibilia ergo 2a
Praeterea si in mundo esset substantia unica cogitatio et extensio essent modificationes
illius atqui cogitatio et extensio non possunt esse ejusdem substantiae modificationes
illae enim non possunt esse quarum una exigit multitudinem partium et alte-
ra excludit atqui extensio exigit cogitatio vero excludit 1a quidem extensio
exigit extensio enim supponit positionem partium extra partes 2a cogitatio
excludit illa enim excludit quae non potest reperiri in subjecto compo-
sito atqui cogitatio non potest reperiri si enim cogitatio posset reperiri
vel cogitatio tota reperiretur in singulis partibus subjecti compositi vel tota
diffunderetur per singulas partes subjecti compositi atqui neutrum neque
et primo non tota reperiretur in singulis si enim tota reperiretur tot essent
cogitationes quot sunt partes in subjecto composito atqui tot non possunt
esse ergo 2a tota cogitatio non potest diffundi per singulas partes nam si
daretur pars media, tertia 4a cogitationis, atqui non concipitur posse dari ergo
2o. illa substantia spinosae non potest dici deus nam nemo diffiteri potest deum dici debere
infinite perfectum summeque beatum. atqui substantia spinosae non potest dici
infinite perfecta 1a quidem non potest dici infinite perfecta illa enim quae con-
tra summe imperfecta debet esse, atqui substantia spinosae debet illa enim debet
cui tribui debent omnes imperfectiones quae in hoc mundo deprehenduntur atqui
substantiae spinosae tribui debent nam in ea tanquam in subjecto recipiuntur
atqui posito quod in ea ipsi tribui debent vel enim ipsi tribui debent vel
enunciari debent de ipsius modificationibus atqui non possunt enunciari de
ipsius modificationibus si enim imperfectiones enunciarentur de ipsius modi[ficationibus]

x quae se se mutuo excludunt ab eodem subjecto atqui cogitatio et extensio illae enim
quarum una   illae enim

modificationibus diceretur de gaudio quod gauderet de dolore quod doleret atqui haec absurda sunt ergo. 2º non diceretur de dolore dolor quod doleret de gaudio quod gaudiat sed de subjecto aut gaudente aut dolente ergo.

2º substantia spinosae non potest dici summe beata illa enim non potest esse quae econtra dici debet summe misera atqui substantia spinosae dici debet, illa enim dici debet summe misera quae est subjectum omnium dolorum omnium malorum omnium quae miseriarum quae sunt in mundo atqui substantia spinosae est subjectum, non hae miseriae debent alicui subjecto inhaerere atqui substantia spinosae unicum est subjectum cui possint ergo.

Et certe deus ille spinosae deberet esset subjectum omnium modificationum quae sunt in mundo atqui repugnat et est absurditatis cumulus dicere deum esse. Si enim hoc ita foret deus esset varius et multiplex deus esset bonus in bonis, malus in malis miser in miseris laetus in laetis deus esset in circulo rotundus in quadrato quadratus deus esset in fluvio latus in fonte supinus deus esset bene valens in rosa in pinco (?) fetidus deus esset in glacie frigidus in igne calens atqui haec omnia sunt absurda ergo.

Obj. substantia spinosae est unica si enim plures essent substantiae haberent eadem attributa, atqui plures substantiae non possunt. alioquin jam non plures essent sed unica ergo.

Dist. maj. haberent eadem attributa generice aut specifice conc. maj. haberent eadem attributa numerice neg. maj. sic distincta minore neg. conseq.

Itaque attributa triplicis sunt generis generica, specifica, et numerica. Attributa generica sunt ea quae pluribus speciebus conveniunt. attributa specifica sunt ea quae pluribus individuis ejusdem speciei conveniunt. numerica sunt ea quae unicuique enti singulari conveniunt. et ab aliis distinguunt.

Quidem si plures essent substantiae haberent eadem attributa generice aut specifice sed non ideo haberent eadem numerice, attributum enim unius singularis ita proprium esset ut nulli alteri conveniret porro plures substantiae non possunt habere eadem attributa numerice sed possunt eadem habere generice et specifice, seu possunt habere attributa similia. ex humanitas petri et si non sit eadem numerice ac humanitas pauli est tamen eadem specifice, seu est perfecte ipsi similis. Error spinosae in eo stat quod confundat identitatem specificam et numericam confundat quae distinctionem cum diversitate, possunt enim duae res esse distinctae et si sint perfecte similes.

Obj. 2º Existit substantia infinita, atqui substantia infinita est unica ergo unica est substantia, neg. min.

Prob. ita debet esse unica quae continere debet omnia omnia entia possibilia atqui substantia infinita debet continere, ergo.

Dist. maj. quae debet continere formaliter. conc. maj. quae debet continere eminenter neg. ming. sic distincta min. neg. consec.

Itaque substantia continere potest omnia entia duplici modo vel formaliter vel eminenter, ea continere formaliter si secundum propriam formam eut in se sunt contineret, ea vero continet eminenter si habeat in se quod ea omnia longe superaret.

Equidem substantia infinita deberet esse unica si continere deberet formaliter omnia entia possibilia, sed potest ea continere eminenter et tamen non esse unica porro substantia infinita debet continere eminenter tantum non

formaliter Omnia Entia possibilia nam substantia infinita non potest esse sui
destructiva adqui si Contineret formaliter esset illa enim esset sui destructiva
quae constaret partibus sese mutuo excludentibus adqui si contineret formaliter
innumera sunt enim ut jam vidimus, si in corporibus sive in animabus quae se se
mutuo excludunt ab eodem subjecto ergo &
Adqui substantia infinita continere debet formaliter Omnia Entia possibilia ergo &
Prob substantia infinita ea est de qua nulla negatio fieri potest adqui nisi Con
tineret formaliter &c aliqua negatio posset de eo fieri ergo &
Neg maj definitio haec de infinito quam affert spinosa est gratis conficta et O
mnibus principijs ab alijs admissis contradicit Juxta Nos enim substantia infinita
ea est quae ita perfecta est ut nulla perfectior dari nec concipi possit male ergo dice
retur Etenim illa substantia infinita ea deberet esse de qua nulla negatio fieri potest
quia perfectiones ipsius non possunt creaturis communicari adqui perfectio
nes substantiae infinitae possunt creaturis Communicari illae enim non possent
qui aliquid imminuerentur in substantia infinita quae proportione communicaren
tur creaturis adqui in substantia infinita non imminuuntur &c non magis eo
immo inveniuntur perfectiones in substantia infinita eo quod & quam perfectio
nes finitae imminuuntur in Ente finito eo quod communicentur alijs; adqui
perfectiones finitae non minuuntur sic &c, ex eo quod scientia magistri
discipulis Communicetur non ideo eo ipso imminuitur; ergo a pari &c formaliter
Instat Adqui substantia infinita debet continere Omnia Entia possibilia ergo &c
Prob subs substantia infinita ita debet esse perfecta ut nulla perfectior Conci
pi possit adqui nisi contineret formaliter Omnia Entia possibilia non esset ita perf
ecta ut nulla alia perfectior &c ergo &c Prob min.
Prob min supponi potest substantia quae contineret formaliter Omnia Entia
Omnium que horum perfectiones adqui ista substantia esset
perfectior ea quae non Contineret ergo &c
Neg maj nam non potest suppo impossibile representatum ut possibile
adqui si supponeretur substantia quae Contineret &c supponeretur impossibile
illa enim esset impossibile representatum ut quae Constaret partibus sese mu
tuo destruentibus; adqui substantia quae Contineret formaliter &c Constaret
ergo Etenim substantia illa si daretur si daretur quae Contineret formaliter &c
non esset perfectior ea quae non Contineret illa enim non esset perfe
ctior quae esset subjectum Omnium imperfectionum quae sunt in Omnibus Enti
bus adqui illa substantia esset subjectum &c ergo &
Inst Extensio infinita Continet formaliter omnem Omnino Extensionem
possibilem; pariter duratio infinita continet formaliter Omnem durationem possibilem; ergo a
pari substantia infinita debet continere formaliter Omnia Entia possibilia.

Dist consec. substantia infinita in genere Entis debet continere Oia Entia possibilia conc consec. substantia infinita in genere perfectionis debet continere neg conc et consec.
Itaque substantia dici potest infinita duplici sensu vel in genere Entis vel in genere perfectionis substantia infinita in genere Entis ea est quae continet formaliter Oia Entia; substantia infinita in genere perfectionis ea est quae continet omnes perfectiones possibiles et compossibiles
Equidem substantia infinita in genere Entis debet continere oia entia possibilia sicuti Extensio infinita continet omnem extensionem possibilem sicuti durato sed substantia infinita in genere perfectionis non debet continere Oia entia possibilia, nam substantia infinita in genere perfectionis debet tantum continere perfectiones possibiles et in eadem ente, atqui potest continere perfectiones possibiles ergo &a
Atqui etiam deus est infinitus in genere Entis; ergo nulla solutio
Dist. subs. deus est infinitus in genere Entis intensive conc subs. extensive neg subs. Itaque deus dici potest infinitus in genere Entis duplici modo vel intensive vel Extensive infinitus in genere entis intensive est qui continet omnem perfectionem Entis extensive vero qui continet oem Entium collectionem, Equidem deus est infinitus in genere Entis intensive eo sensu quod habeat oes perfectiones quarum Ens est capax sed non eo sensu quod in se formaliter contineat Oem collectionem Entium, talis enim in illo summary indicaret contradictionem ergo &a
Inst. atqui deus continet formaliter Oia Entia. nam deus continet formaliter Oes perfectiones atqui Oia Entia sunt totidem perfectiones, ergo &a
Dist. deus continet formaliter Oes perfectiones genericas et specificas concedo; Oes perfectiones numericas nego maj. et [illegible] consec nego consec
Equidem deus continet formaliter oes perfectiones genericas et specificas adeo ut nulla sit perfectio ipsi conveniens quae in ipso non reperiatur sed non continet formaliter Oes perfectiones numericas adhuc enim requireretur ut Oia perfectionum individua formaliter contineret, quod ut praediximus contradictionem implicaret; sic deus licet infinite bonus formaliter et numerice non continet bonitatem alicujus hoiis sicut eo quod deus sit summe intelligens formaliter et numerice non continet intelligentiam cujuslibet hois ergo &a
confutatis Atheis demonstrata que invincibiliter contra eos existentia dei seu entis necessarii Causaque Oium entium parentis aliud superest hostium genus debellandum, deistae scilicet existentiam dei admittentes sed ejus naturam deformantes isti variam sibi fingunt deum alii alium illius perfectiones contra ipsos, ut indicabimus quantum praeeunte ratione, fide sacra patebimus subjiciendo aliis illius quas habent habitat inaccessibilem perfectiones dei, in duplicem classem distinguuntur, aliae deum ipsum respiciunt aliae creaturas spectant perfectiones prioris generis sunt infinitas, eternitas, immensitas libertas, immutabilitas et unitas perfectiones quae creaturas spectant sunt scientia omnipotentia sapientia et providentia &a

De infinitate Dei

Propos deus est in oi genere perfectionum infinitus
Prob deus est Ens necessarium, atqui Ens necessarium est illud enim est quod continet oes perfectiones possibiles et compossibiles atqui Ens necessarium continet illud enim

continetur quod non potest limitari in suis perfectionibus atqui ens necessarium non potest; si enim posset vel ab alio ente vel a se ipso, atqui neque neque; 1a quidem non potest limitari ab alio ente, nam ens necessarium est independens ab alio ente in sua essentia, sed quod est independens non potest limitari ab alio ente in suis [illegible]; quod nam est independens in sua essentia ab alio ente est etiam independens in omnibus quae in sua essentia involvuntur atqui omnes perfectiones entis necessarii in ipsius essentia involvuntur ergo. 2a non potest limitari a se; si enim limitaretur a se in suis perfectionibus vel necessario vel libere atqui neque neque; 1a quidem non potest limitari a se necessario nam idea limitaretur a se necessario quia perfectiones infinitae ipsius naturae repugnarent atqui perfectiones infinitae non repugnant nam perfectiones illae sunt possibiles et inter se compossibiles; atqui perfectiones possibiles et compossibiles non repugnant; necessitas enim existendi necessario incompossibilis sit cum aliis perfectionibus e contra eas exigit ergo. 2a non potest limitari a se libere nam est necessarium, est necessario sui amans; atqui ens sui amans non potest aliquando odio se haberet ergo.

Et inde idea entis necessarii non esset infinitum quia perfectiones infinitae sunt impossibiles et incompossibiles atqui neutrum dici potest; 1o quidem perfectiones infinitae sunt possibiles; vel enim sunt vel de natura cujuslibet perfectionis est ut sit finita atqui de natura non est; ideo enim de natura esset quia perfectio in suo conceptu includeret finitudinem atqui perfectio non includit, nam finitudo est privatio ulterioris perfectionis ac proinde quaedam imperfectio atqui perfectio non involvit in sua conceptu propriam [illegible] perfectionis et imperfectionem ergo. 2o perfectiones infinitae sunt inter se compossibiles nam perfectiones finitae sunt inter se compossibiles atqui a fortiori perfectiones infinitae sunt a fortiori compossibiles nam perfectiones quae excludunt omnem perfectionis negationem debent magis inter se esse compossibiles quam perfectiones quae non excludunt ulteriorem perfectionem atqui perfectiones infinitae excludunt, sed e contra perfectiones finitae non excludunt ergo.

De Eternitate Dei.

Ens eternum illud est quod nec initium nec finem habere potest

Propositio

Deus est Eternus

Prob. Nam deus est ens necessarium atqui ens necessarium est eternum; illud enim est eternum quod nunquam cepit nec unquam existentia carebit atqui ens necessarium nunquam [illegible] siquidem existentia est ipsi essentialis ergo.

De Eternitate Dei nullus ambigit Theista, verum de ipsius natura acriter disputant Thomistae et scotistae, scotistae eam asserunt successivam intrinsece; Thomistae renegant. Scotistae contendunt eternitatem divinam esse perfectionem positivam quae constat partibus realibus sibi invicem succedentibus quarum unaquaque est necessario pro unoquoque instanti; unde eternitas est aggregatum entitatum numero infinitarum quarum una pereunt et pereunda nascuntur; unde juxta eos deus est diuturnior eternitatem diuinam et alias perfectiones quae [illegible] simul in deo istae non sit nisi quoad partem. Thomistae contendunt e contra excludere a deo omnem successionem internam eternitatem divinam esse totam simul in deo et nihil in ipso anquam reale praeter necessitatem existendi quapropter ab Boetio eternitatem definiunt interminabilis vitae simul et perfecta vitae possessio.

Juxta ipsos Eternitas sumi potest duplici modo intrinsece seu realiter et substantive seu extrinsece seu virtualiter et connotative. Eternitas intrinsece sumpta est ipsamet necessitas existendi in se considerata, nulla proinde admittit instantia realia, est tota simul in deo et omnem excludit successionem. Eternitas extrinsece sumpta seu virtualiter et connotative est ipsamet coexistentia dei quatenus ordinem dicit ad instantia sibi succedentia; illa constat proinde instantibus aut realibus aut possibilibus proindeque est successiva in deo eo sensu quod deus correspondeat entibus realibus sibi succedentibus aut saltem possibilibus quae sibi succedere possunt. ut solvatur haec quaestio statuenda est generatio durationis; Eternitas enim est species durationis quae a tempore non differt nisi per amplitudinem. alii cum Clarcio contendunt tempus constare instantibus realibus perpetuo fluentibus proindeque tempus esse reale a parte rei. alii cum Leibnitio contendunt tempus ratione sui non esse reale sed tantum ens abstractum; nimirum duratio juxta eos est ordo entium quatenus sibi succedentium. Ens igitur dicitur durare quando coexistit entibus sibi succedentibus aut quae sibi succedere possunt. igitur mens sibi efformat ideam temporis considerando entia quae possunt esse et sibi succedere, removendo quae per abstractionem caracteres distinctivos eorum quae entis solum quae in eis perpendendo rationem successionis, et haec est genuina temporis ratio.

Propositio 1a

Duratio non est ens reale sed mera relatio entium successivorum praedicta ratio admittenda est qua posita facile explicantur omnes temporis proprietates atqui posita hac explicantur. nam hae sunt proprietates temporis nempe quod nobis appareat velut ens extramentale positivum quod videatur tempus generaliter similare continuum infinitum atqui posita hac ratione haec facile explicantur 1o quidem explicatur quomodo tempus videatur ens extra mentem positum. eo enim est mentis ut cum objectum consideratur velut extra se positum illud sibi repraesentat atqui cum mens sibi efformat ideam temporis illud sibi repraesentat velut mens enim abstrahit ab omnibus aliis entium proprietatibus ut solam eorum successionem attingat ergo hanc successionem debet sibi repraesentare velut ens. 2o explicatur quomodo tempus videatur ens commensurabile ut enim mens possit tempus commensurare sufficit ut sibi possit efformare majorem aut minorem successionem; atqui mens potest illa enim potest quae potest attendere ad plura aut pauciora entia sibi succedentia atqui mens potest attendere hinc eo diutius durat ens quo pluribus quo existit instantibus sibi succedentibus aut quae sibi succedere possunt. ergo. 3o explicatur quomodo tempus videatur similare. Mens enim cum temporis ideam sibi efformat abstrahit ab omnibus aliis entium proprietatibus ut solam successionem attendat; atqui posita hac abstractione similis ipsi videre debet haec successio ergo. 4o explicatur quomodo tempus videatur menti continuum tunc enim videt tempus continuum cum concipit entia sine interruptione sibi succedentia ergo. 5o tandem explicatur quomodo tempus videatur infinitum. tunc enim tempus concipitur infinitum quando concipitur instantia potuisse sibi ab eterno succedere et usque in eternum adhuc sibi posse succedere atqui mens potest concipere instantia potuisse ab eterno ergo.

Propositio 2a.

Sententia scotistarum est reiicienda circa aeternitatem divinam

Prob. nam juxta scotistas aeternitas divina constat instantibus realibus sibi invicem succedentibus et deo intrinsecis atqui falsum est aeternitatem divinam constare nam aeternitas divina non potest constare quin duratio quaelibet constet entitatibus realibus sibi invicem succedentibus atqui duratio ut mox probavimus; non constat sed est mera mentis abstractio ergo etc.

Et certe absurdum est dicere deum esse mutationi continuae obnoxium atqui si aeternitas divina constaret entitatibus deus esset etc. ille enim esset etc. qui singulis instantibus aliquid sibi intrinsecum deperderet et de novo acquireret atqui si aeternitas divina constaret entitatibus etc. deus aliquid sibi intrinsecum entitates enim sibi intrinsecas continuo deperderet et acquireret ergo

Et certe absurdum est dicere deum non esse singulis instantibus infinite perfectum atqui si aeternitas divina constaret entitatibus continuo sibi succedentibus deus non esset etc. ille enim non esset etc. qui singulis instantibus non haberet omnes suas perfectiones; atqui si aeternitas divina constaret etc. deum non haberet etc. non haberet nisi partem suae aeternitatis ergo

---

Propositio 3a

Sententia Thomistarum aptior videtur ad explicandam aeternitatem etc.

Prob. illa enim etc. cujus principia sunt magis rationi consentanea quibus quae positis facilius concipitur quomodo deus sit aeternus atqui haec dicta certa sunt quaedam etc. nam haec sunt principia Thomistarum nempe aeternitatem divinam intrinsece sumptam totam esse simul in deo connotative vero esse successivam atqui ista principia sunt magis rationi consentanea etc. 1o quidem magis est etc. dicere aeternitatem totam esse etc. nam aeternitas divina intrinsece sumpta est dei existendi necessitas quatenus includit totius durationis possessionem atqui dicere etc. ergo etc.
2o magis est etiam rationi consentaneum dicere aeternitatem divinam connotative sumptam esse successivam nam aeternitas divina connotative sumpta est coexistentia dei instantibus aut realiter aut virtualiter sibi succedentibus, atqui coexistentia dei etc. est successiva talis est enim qualis successio entium sibi succedentium aut realiter aut virtualiter ergo etc.
2o positis illis principiis facilius concipitur quomodo deus sit aeternus. tunc enim facilius concipitur quando concipitur quomodo deus semper idem remanens totam quandam durationis possessionem complectens qua existat entibus realiter sibi succedentibus invicem aut quae possunt sibi succedere atqui positis iis principiis facilius concipitur quomodo deus idem remanens etc. ergo etc.

Huic sententiae adhaeremus quadam adjuncta modificatione ne imaginatio offendatur quae pingit sibi aeternitatem constantem partibus continuo fluentibus abstinemus ab hac enunciatione, aeternitas divina est tota simul in deo, aliam istam substituendo aeternitas divina non constat entitatibus realibus sibi invicem succedentibus sed est mera mentis abstractio ubi jam explicatum est de duratione

Obj 1º in eo datur successio in quo est presens preteritum et futurum, atqui in deo est &c alioquin deus nunc mundum crearet nunc destrueret. ergo &c

Neg maj ut non sit in deo successio, licet detur presens preteritum et futurum sufficit quod existat instantibus realibus aut virtualibus sibi succedentibus atqui deus potest coexistere &c ergo &c

Inst nisi in deo daretur successio, preteritum et futurum sibi coexisterent, atqui absurdum est dicere presens preteritum &c ergo &c

Dist maj nisi in deo daretur successio realis aut virtualis presens futurum &c Conc Maj nisi daretur in deo successio realis neg maj sic distincta minore nego con seq. Itaque duplex est successio realis et virtualis realis ea est quae constat instantibus realibus deo quae intrinsecis successio virtualis est coexistentia instantibus realibus aut virtualibus sibi succedentibus; atquidem nisi darentur sec. si detur successio virtualis non ideo presens &c sibi coexistunt. ut enim non sibi coexistant sufficit ut instantia illa realiter sibi succedant & posterius aut possint succedere dum ens quod ipsis coexistit idem semper remanet. atqui & ergo &c

Obj 2º Aeternitas divina est duratio infinita atqui duratio infinita est tota simul intrinsece ergo &c

Neg min nam duratio infinita est coexistentia entis cum omnibus instantibus aut realibus aut possibilibus sibi succedentibus atqui illa coexistentia nec est &c

Prob min si omnis duratio sit intrinsece successiva duratio infinita erit pariter ergo &c intrinsece atqui &c duratio &c ergo &c prob. m

Prob min illa est &c quae non concipi potest absque successione atqui duratio non potest concipi &c ergo &c

Dist maj quae concipi non potest absque ~~[illegible]~~ successione aut reali aut virtuali conc maj quae concipi non potest absque successione saltem virtuali neg maj atqui solutio ut ex modo dictis

atqui duratio concipi non potest absque successione reali ergo nulla solutio

Neg subs Probsubs omnis duratio est species quantitatis atqui species quantitatis concipi non potest absque successione reali: ergo duratio &c

Dist maj est species quantitatis connotative sumpta conc maj duratio est species quantitatis entitative sumpta neg maj sic distincta minore neg conseq Itaque duratio duplici modo concipi potest vel connotative vel entitative, duratio connotative sumitur cum relationem dicit ad instantia sibi succedentia sumitur vero entitative prout consideratur in ente durante et ipsis coexistente

Atquidem duratio connotative sumpta est species quantitatis, sed entitative non est &c nihil enim aliud est quam coexistentia entis cum entibus aut realibus aut virtualibus &c ergo Obj

Obj 3º vel aeternitas divina est successiva vel tota simul in deo atqui non est tota &c ergo Prob min absurdum est dicere diem hodiernam et hesternam sibi coexistere atqui si aeternitas esset tota simul &c deberet dici diem hodiernam &c ergo &c

Prob min illa sibi coexisterent quae existerent tali aeternitati, atqui si aeternitas &c ergo &c

Dist. maj. quae existerent simul tali aeternitati, conc. maj. quae existerent successive tali aeternitati neg. maj. sic dist. min. neg. consec.

Itaque res possunt coexistere aut simul aut successive. Quidem si duae res existerent simul tali aeternitati, sibi coexisterent; sed si existerent successive et diversa tempore, non inde sequitur quod sibi coexistant, porro quae res existerent sed successive non dicuntur simul realiter, enim adest in ipsis successio, ergo.

Obj. 2º absurdum est dicere mundum esse aeternum; sed si aeternitas divina esset tota, mundus esset aeternus, ergo. neg. min.

Prob. min. mundus debet esse aeternus modo deus non potuerit eum in tempore creare atqui si aeternitas tota esset simul in deo deus non potuisset, ergo.

Probatur min. non potuit deus mundum creare nisi potuerit dicere fiat ut mundus existat tali temporis instanti atqui si aeternitas sit tota in deo deus potuerit dicere fiat ut ... ergo.

Neg. maj. et scilicet deus non potuerit dicere fiat ut mundus existat tali temporis instanti reali non inde sequitur quod non potuerit mundum creare sed sufficit ut potuerit dicere fiat ut mundus existat tali instanti virtuali aut possibili; cum enim ab aeterna instantia potuerit sibi succedere vidit deus seriem illam infinitam instantium possibilium sibi succedentium in qua serie fuerit collatus iste mundus; hoc posito potuit deus dicere fiat ut inter ista instantia possibilia quae succedere sibi possunt mundus tali existat, ergo.

De immensitate dei

Ille est immensus qui ubique presens est. Ens autem potest esse omni presens tripliciter modo: cognitione, operatione et substantia. Illud est ubi presens cognitione qui ubi videt et cognoscit illud; est omni presens operatione quod omnia producit et conservat illud; est ubi presens substantia cujus substantia est ubique diffusa. Circa immensitatem divinam multiplex fuit error 1us eorum qui cum deum corporeum effingerent eum includi templis sentiebant 2us manichaeorum qui cum duo admitterent principia unum bonum et alterum malum, illud regionem lucis, istud regionem tenebrarum habitare contendebant 3us ... et ... qui non alibi quam eum in caelo existere cogitabant 4us cartesianorum quibus cum certum diceretur spiritum non posse existere in loco negabant deum ubique existere quia alioquin locum occupare debuisset corporum more in eo existere contra eos des sit

Deus est substantialiter immensus

Prob. deus est ens necessarium atqui ens necessarium est substantialiter immensus, ens necessarium est substantialiter immensus vel ad aliquem locum specialem restringitur atqui ens necessarium non ... si enim ... vel ab alio ente vel a se ipso, atqui neque 1º quidem non potest restringi ad aliquem locum specialem ab alio ente, illud enim non potest ab alio ... quod est ab omni alio ente independens atqui ens necessarium est independens ergo ... 2º non potest ... a se, si enim a se ipso restringeretur ad aliquem locum specialem ille locus foret ipsi aut essentialis aut accidentalis; atqui neque neque 1º quidem locus aliquis specialis non potest dici enti necessario essentialis ille enim non potest ... cujus natura non magis unum locum exigit quam alterum atqui natura entis necessarii non magis exigit ... cujus enim natura est ea loco tali potius quidem tali independens ergo ... 2º locus specialis non potest dici enti necessario accidentalis, si enim ... posset e loco in alterum transire

atqui Ens necessarium non potest & illud enim non potest e loco in alterum & si ista migratio ipsius majestatem dedeceat et mutationi ipsum obnoxium faceat atqui transire e loco Entis necessarii majestatem dedecet & ergo

Et certe deus est Ens Infinite perfectum atqui Ens infinite perfectum debet esse omnipresens, nam Ens infinite perfectum debet habere omnes perfectiones proinde omnipresentiam si presentia sit perfectio atqui omnipresentia est perfectio illa enim est & quam melius est habere quam non habere atqui melius est & ergo

Praeterea ideo deus non esset omnipresens substantialiter juxta cartesianos quia aliaquin esset extensus et more corporum existens atqui potest deus esse omnipresens licet non sit & nam ut assererent Cartesiani deum fore & deberet cognoscere modum existendi dei aliarumque spiritualium; atqui, ut ipsimet fatentur, ignoramus modum existendi dei & ergo

Deinde non magis deus esset extensus et more corporum existens eo quod esset substantialiter omnipresens quam Anima licet corpori substantialiter presens sit extensa et more corporum existens est; atqui licet Anima sit & non ideo est & ergo

Queritur in quo consistat immensitas divina,

Questio est admodum difficillis et intricata et circa eam scinduntur Philosophi potissimum vero thomistae et scotistae, juxta scotistas immensitas divina consistit in extensione formali seu in extensione quae constetur ex formalitatibus sibi adjunctis et numero infinitis, a deo ut substantia divina in ea sit diffusa ita ut tota sit in singulis partibus illius extensionis igitur tot vicibus repetitur substantia divina quot sunt puncta in illa extensione, a deo ut etsi sit tota in unoquoque puncto in illo tamen habeat tantum partem suae immensitatis;

Thomistae respuunt formalem extensionem scotistarum et reponunt immensitatem divinam in extensione quadam virtuali qua fit ut deus aequivaleat rebus entibus distinctis realiter et extra se invicem positis hoc quod illustrant exemplo centri spherae quod etsi simplicissimum correspondet tamen radiis numero quasi infinitis propter aequivalentiam tot punctis quot sunt radii ita inquiunt substantia divina, et si sit simplicissima, correspondet tamen rebus Entibus existentibus ut determinetur quid sentiendum sit de his opinionibus statuenda est vera spatii ratio. sit igitur

Propo 1a

Spatium non est Ens reale ratione sui sed est relatio entium quodammodo simul coexistentium

Prob. illa spatii accurata ratio qua posita explicantur omnes spatii proprietates atqui posita hac & nam spatii proprietates sunt quod videatur extra mentem positum extensum simul ac penetrabile aeternum infinitum et commensurabile, atqui haec omnia explicantur posita hac & 1o. quidem explicatur quomodo spatium videatur extra mentem positum illa enim est mentis indoles ut quod considerat a se distinctum illud sibi repraesentet tanquam extra se positum; unde cum mens attendit ad relationem coexistentiae entium eam videre debet tanquam extra se positam. 2o. quomodo sit extensum. illud videri debet

2° Extensum quod videri debet constans partibus extra se invicem positis adqui spacium videri debet &c. cum enim mens sibi efformat ideam spacii attendit ad plura Entia sibi mutua coexistentia relata, igitur coexistentiæ terminum videri debet compsita ex pluribus partibus distinctis 3° quamodo videatur similare. mens enim cum sibi efformat ideam spacii ~~attendit ad plura Entia sibi mutuo~~ abstrahit a caracteribus distinctis singulorum Entium, ut ad relationem Coexistentiæ attendat, illa igitur relatio debet ipsi videri similaris in omnibus Entibus 4° quamodo videatur penetrabile illud enim videri debet &c. cum mens videt in eo Entia sibi coexistentia adqui mens videt &c. ergo 5° quamodo videatur æternum nam debet æternum videri cum mens videt Entia potuisse ab æterno sibi coexistere adqui mens videt &c. ergo &c. 6° quamodo videatur infinitum. mens enim videt spacium infinitum cum concipit Entia numero infinita posse sibi coexistere; adqui mens videt &c. ergo &c. 7° quamodo videatur commensurabile Mens enim videt spacium commensurabile, cum concipit relationem distantiæ quæ est inter 2 Entia adqui mens videt &c. nam illa distantia major aut minor erit prout Entia aut plura aut pauciora inter ea poterunt coexister adqui mens concipit &c. ergo &c.

Obj. Illud est Ens reale cujus habetur idea; adqui habetur Idea spacii ergo spacium est Ens reale.

Dist maj. cujus habetur Idea positiva conc maj. cujus habetur Idea precisiva neg maj. et dist consec

Itaque haberi potest Idea spacii aut positiva aut precisiva illa haberetur Idea positiva si ratione sui conciperetur habetur vero precisiva cum mens attendit ad relationem Entium sibi coexistentium abstrahendo a caracteribus eorum distinctivis adquidem spacium diceretur Ens reale si illius haberetur idea positiva sed si habeatur p idea precisiva tantum non inde sequitur sed erit mera mentis abstractio quæ removet a proprietates Extensionis realis corporum et attendit solum appellad relationem earum coexistentiæ ergo &c.

Propositio 2ª.

Sententia scotistarum circa immensitatem divinam est reiicienda.

Prob. Nam juxta scotistas Immensitas divina consistit in extensione formali &c. adqui divinam potest &c. in ea enim Extensione in ea enim Extensione dici non potest consistere immensitatem divinam quæ est aut impossibilis aut inutilis adqui hæc Extensio formalis est aut &c. nam vel illa Extensio indiget Loco ut existat vel non; adqui si exigat, est impossibilis si vero non Exigat est inutilis. 1° quidem si hæc Extensio Exigat Locum ut existat

est impossibilis
Illa enim est quae posita admittendus esset progressus Locorum in infinitum adqui posita ... cum enim Locus quo indigeret esset Ens reale, Exigeret adhuc alium Locum ad existendum, ille Locus Alterum et sic in infinitum 2º Si ista Extensio non indigeat Loco ut Existat est innutilis illa enim est innutilis sine qua deus potest Existere adqui deus potest ... cum enim illa Extensio sit Ens reale Juxta scotistas tam deus poterit existere sine illa Extensione quam Extensio sine Loco ergo

Et certe illa extensio formalis non potest esse Ens reale et positivum quia spatium generatim sit Ens reale et positivum, adqui spatium ut probavimus, non est Ens reale sed mera mentis abstractio ergo

Praeterea Illa Extensio non est admittenda qua posita deus esset multiplex adqui posita illa ... tunc enim deus esset multiplex quando tot essent substantiae divinae distinctae quot sunt partes in illa Extensione adqui tot essent nam Juxta scotistas totus esset in qualibet parte distincta illius extensionis adqui posita quod deus ... tot essent, ... deus enim e.g. Existens romae totus pastim ... distinguitur a deo quatenus existens Lutetiae sicuti pars Extensionis correspondens romae distinguitur a parte quae correspondet Lutetiae ergo

Propositio IIIª

Sententia Thomistarum insufficiens ad explicandam immensitatem dei.

Prob Illa est ... qua posita non Explicatur quomodo deus sit immensus adqui posita Thomistarum ... non explicatur quomodo ... nam juxta Thomistas immensitas divina consistit in extensione virtuali qua deus equivalet ... Entibus distinctis realiter et extra se invicem positis adqui posita hac sententia non Explicaretur ... illa enim posita non explicatur ... quae non magis concipitur quae ... nodo est obscura ut immensitas divina; adqui extensio virtualis ... non magis enim concipitur quomodo Ens simplicissimum equivalet extensioni infinitae Entibus quae infinitis quam concipitur quomodo sit immensus ergo

Et certe Juxta Thomistas deus est substantialiter ... presens sicuti centrum sphaerae est substantialiter presens singulis radiorum punctis adqui ... non potest centrum esse substantialiter presens si enim esset substantialiter presens complecteretur in se eundem coexistendi modum cum ... punctis illorum radiorum adqui non complectitur ... ergo

Ex insufficientia illarum Opinionum concludere est modum immensitatis divinae esse nobis impervium, captum quae mentis humanae prelen... nos ... proinde indigere revellatione ut adstruatur qua propter manemus ... nobis ... non esse neptem divinitatis altitudines omnes exsuperandi. Omnia quae ... non ... sed precise investigandi quidquid est nobis obvium est

---

Propositio 4a.

90 Deus etsi ratione substantiæ immensus est tamen spiritus simplicissimus

Prob. vel enim deus est & vel est constans corpore et anima; atqui neque neque 1o. quidem deus non potest dici corpus. nam deus est Ens summe intelligens summe sapiens summeque potens atqui Ens summe & non potest dici & corpus enim est omnis intelligentiæ quod incapax. ergo & non potest dici constans & si enim esset & unio quæ intercederet inter ipsius animam et corpus esset aut ipsi essentialis vel accidentalis atqui neutrum dici potest 1o. quidem non potest dici essentialis ideo enim esset & quia natura spiritualis exigeret unionem cum corpore; atqui non exigit & illa enim substantia non exigit & inter quam et corpus nulla est relatio necessaria; quæ sunt a se invicem independentes atqui inter & hæc quæ substantiæ sunt a se invicem; ergo & 2o. illa unio non potest dici accidentalis si enim esset & posset solvi; atqui non potest & si enim posset solvi in deo unio inter corpus et animam, deus esset morti obnoxius; atqui hoc horrendum ergo &

Hinc quando tribuuntur deo membra oculi manus pedes & non sensu proprio sed metaphorico tribuuntur ad perfectiones divinas sensibiliter exprimendas

De Libertate et Immutabilitate dei

Libertas est facul. agendi vel non agendi

Libertati opponitur necessitas. Necessitas autem est indeclinabilis determinatio ad unum potius quam ad alterum Necessitas duplex est intrinseca et extrinseca 1a ea est quæ provenit ab interna constitutione agentis 2a. quæ provenit ab agente Extrinseco actus divinæ voluntatis duplicis sunt generis alii sunt ad intra alii a dextra Actus dei ad intra sunt ii qui intra deum terminantur v.g. actus quo deus se ipsum diligit; actus quo deus filium producit actus a dextra sunt ii qui extra deum terminantur v.g. actus quo deus mundum creavit.

Propositio 1a.

Deus non est Liber ad intra

Sint v.g. actus quo deus seipsum diligit et quo filium producit; atqui deus non est & circa eos enim ~~actus~~ deus non est Liber a quibus non potest abstinere, atqui deus non potest abstinere ab istis ergo &

Propositio 2a.

Deus est Liber a dextra

Prob. sit v.g. decretum de mundo creando atqui deus est Liber circa istud. Nam deus est Liber & vel est causa respectu mundi necessaria; atqui deus non est nam mundus non est necessarius atqui si deus esset necessaria & mundus esset & ille enim esset necessarius a qua creando ab æterno non potuisset abstinere atqui si deus esset causa & non potuisset abstinere & sic quia pater est principium necessarium filii sui ideo filius est necessarius et æternus ergo a pari &

Et certe sint actus creationis conservationis et administrationis mundi et creaturarum, atqui circa hos actus deus est Liber vel enim est & vel est in ipsis necessitatus atqui non est & si enim esset & vel ex natura sua vel ab alia ~~ente~~ Ex agente Extrinseco atqui neque neque & 1a quidem non potest

91 esse ex natura necessitatus nam deus ex natura sua independens summe beatus sibi quae sufficiens est atqui Ens ex natura sua tale non potest esse ergo deus
2º non est necessitatus ab agente extrinseco; ille enim non est extra quem nullum est agens a quo potuerit necessitari; atqui extra deum nullum est tale ergo tale
Praeterea deus est est Ens summe perfectum, atqui Ens summe perfectum est liber nam Ens summe perfectum debet habere omnes perfectiones, atqui libertas ad extra est perfectio; melius est enim posse pro nutu agere quam necessitari.
Obj. ille non est liber qui fuit ab aeterna determinatus, atqui deus fuit ab aeterna determinatus ergo non est liber
Dist. maj. qui fuit ab aeterna determinatus necessario conc. maj. qui libere neg maj. et dist. min. neg conseq.
Equidem deus non esset liber si fuisset ab aeterno determinatus necessario sed si fuerit determinatus libere nihilominus tale Illa enim determinatio est exercitium suae libertatis porro deus fuit ab aeterno determinatus libere non vero necessario. ille enim a quo potuit ad hoc vel illud sese determinare atqui deus potuit ergo tales
Subs. licet fuerit libere determinatus tamen non est liber, ergo nulla solutio
Probatur subs. ille non est liber qui necessario tenetur agere id quod ab aeterno decrevit, atqui deus tenetur ergo tale
Neg maj. ex eo quod deus teneatur tale non inde sequitur eum non esse liberum, nam inde sequitur tantum esse in deo necessitatem consequentem atqui ex ea quod sit tale non sequitur tale ex ea enim tale quae est effectus libertatis atqui necessitas consequens est effectus tale ergo tale
Obj. 2º ille non est liber qui nunquam fuit indifferens, atqui deus tale nunquam fuit tale ergo tale
Dist. maj. qui non fuit indifferens indifferentia electionis conc. maj. indifferentia suspensionis neg maj. et sic dist. min. neg conseq.
Itaque duplex est indifferentia, alia electionis alia suspensionis, indifferentia electionis est potentia activa eligendi unum ex duobus, indifferentia suspensionis est status voluntatis fluctuantis et incertae an agere debeat an non
Equidem deus non esset liber, nisi fuisset indifferentia electionis indifferens sed absit indifferentia suspensionis non inde sequitur essentia enim libertatis non exigit hanc voluntatis fluctuantis incertitudinem. porro deus non fuit tale sed fuit tale indifferentia electionis ille enim fuit qui potuit unum ad alterum eligere atqui deus potuit tale ergo tale

Propositio

Deus est immutabilis

Ens ille est immutabilis qui nulla ratione immutari potest atqui deus nulla [illegible] enim ratione immutari posset vel ratione existentiae vel ratione perfectionum vel ratione decretorum atqui 1. ratione quidem non potest mutari ratione existentiae nam deus est Ens necessarium atqui Ens

necessarium non potest nam Enti necessario essentialis est existentia sed
92 illud cui Essentialis est Existentia non potest ergo 2º Deus non potest mutari
ratione perfectionum ille enim non potest qui nec novas acquirere nec veteres po
test deperdere; atqui deus est ille enim non potest qui ab aeterno habuit omni
quolibet tempore necessario habet habet omnes perfectiones possibiles et compossibi
les atqui deus est ergo 3º non potest mutari ratione decretorum ille enim non
potest qui ab aeterno tulit sua decreta et ea semel posita non potest rescinde
re; atqui deus est si quidem deus tulit sua decreta ab aeterno vel enim est vel
aliquando potuit remanere indifferens circa ea afferenda et suspensus atqui
deus non potuit est nam quelibet indifferentia et suspensio provenit ex ignoran
tia aut impotentia atqui ignorantia et impotentia excludunt a deo, ut pote quod
sit summe intelligens summe potens ergo 2º decreta semel posita non potest
rescindere si enim posset vel sine ratione vel cum atqui neque: neque 1º
quidem decreta semel posita non potest rescindere sine ratione nam deus
non est accusandus levitatis et inconstantiae atqui si est accusandus esset
ergo 2º non potest sua decreta rescindere cum ratione nam si posset
cum ratione eam rationem debuisset ignorare sua decreta ferendo atqui
non potest dici deum ignorasse est in illud enim ut pote imperfectio deo
non potest tribui ergo

Obj 1º ille non est immutabilis qui ex non agente factus est agens atqui
deus est ergo

Neg min ille enim non est qui omnia ab aeterno fecit atqui deus est ergo

Prob min ille ex non agente factus est agens qui creavit mundum in tempore
atqui deus creavit est ergo

Dist maj qui creavit per actum temporalem conc maj per actum aeternum
neg maj et dist min neg conseq

Quidem deus factus esset ex non agente agens si creasset mundum in tem
pore per actum temporalem sed etsi est per actum aeternum, non inde sequitur
quod ex non agente est inde sequitur tantum modo actum productum ab aeterno ha
buisse in tempore suum effectum porro deus creavit mundum in tempore sed
per actum aeternum non vero per actum temporalem

Inst ille non est immutabilis qui modo amat modo odio habet unum et
eundem hominem atqui deus modo est ergo eundem hominem

Neg ~~maj~~ min deus ab aeterno amat et odit sub diverso respectu consideratum quia
cum omnia sint nuda et aperta oculis ejus, videt hominem modo gratum modo ingra
tum ubi illius praesens est ipsi cum dilectus circumstantiis et eum diligit relati
ve ad statum justitiae odit vero relative ad statum peccati ergo volun
tas dei non mutatur sed terminus ipsius homo fit aut justus aut peccator
et deus ab aeterno eum diligit aut odio habet

Obj 2º deus si sit liber non est immutabilis nam ille non est immutabilis
si sit liber qui potuit carere aliqua sibi intrinseco; atqui si deus sit liber potuit
ejus decreta de mundo condendo ergo

Ad solvendam hanc difficultatem intricatissimam considerandum

Libertatis cum immutabilitate quam nobilis philosophus vocat enigma subtilissimum
93 tissimum varii varii excogitaverunt Philosophi quorum sententiae nunc exponendae
sunt. Juxta scotistas primo decreta divina sunt totidem Entitates deo intrinsecae
ipsi quae superaddita 2º decreta divina sunt in deo contingentia, adeo ut potuissent
tuissent esse aut non esse. 3º contendunt haec decreta non esse respective
magis perfectiva ita ut non fuerit melius deo haec habere quam non habere
in ea consistit Libertas divina quod potuerit deus haec decreta contingentia
ferre aut non ferre et in ea consistit immutabilitas quod deus non possit
carere aliquo sibi intrinseco magis perfectivo, adeo ut et si potuerit carere
aliqua decreto, cum istud non sit perfectivum non ideo non est immutabilis
sicque respondent scotistae ad argumentum
Illud Dist. maj. qui potuit carere aliqua sibi intrinseco magis perfectivo conc. maj.
qui potuit & sed non magis perfectivo neg. maj. et dist. min. neg. consec.
Itaque actus in deo sunt magis aut non magis perfectivi actus magis
perfectivi sunt ii quos melius est habere quam non habere deo actus vero
non magis perfectivi sunt ii quos melius non est &
Atqui tamen deus non esset immutabilis si potuisset carere aliqua sibi
intrinseco magis perfectivo sed si id quo carere potuit non sit magis perfectivum
vum non ideo non est immutabilis. ille enim est immutabilis qui nec
novas perfectiones acquirere nec veteres deperdere potest; atqui si id quo deus
carere potuit & tunc deus nec novas & porro potest deus carere aliqua sibi
intrinseco sed illud non est ipsi magis perfectivum sit v.g. decretum de mundo
atqui illud non est magis perfectivum illud enim non est quod melius non est deo
habere quam non habere; atqui hoc decretum melius non est deo habere
siquidem nihilominus fuisset summe beatus et perfectus hoc decreto prolato
vel non ergo &
Responsio scotistarum non est accurata eorum quae sententia
circa concordiam Libertatis cum immutabilitate divina est rejicienda
Prob. Illa non est accurata quae falsis nititur principiis; atqui tria namque
sunt principia scotistarum 1º quod decreta divina sint totidem Entitates
deo superaddita 2º deum nihilominus esse immutabilem et si possit carere
aliquo sibi intrinseco modo illud non sit perfectivum. 3º decreta divina
non esse totidem perfectiones atqui falsa sunt haec omnia. primo quidem
falsum est & nam falsum est dicere deum esse physice compositum; atqui
si decreta divina essent totidem Entitates deus esset & nam ideo juxta scotistas
tas, deus non esset compositus quia istae Entitates essent a se inseparabiles
et ab aliis dei formalitatibus; atqui sunt econtra separabiles ergo 2º falsum
est & nam ille non est immutabilis qui transit ab uno statu positivo ad alium
um statum positivum intrinsece diversum atqui deus acquirendo aliquid
quid novum intrinsecum etsi non sit magis perfectivum transit &

Ille enim transit qui non est intrinsece idem qui erat antea atqui posita quod aquirat non est ergo 3° falsum est quam ideo decreta divina non essent perfectiva, juxta scotistas, quia non esset melius deo ea habere quam non habere atqui etiam non ideo ex eo enim non sequitur ea non esse perfectiva ex quo sequitur tantum ea non esse perfectiones simpliciter simplices seu unum decretum non esse magis perfectivum altero; atqui ex eo sequitur tantum ergo

Responsio Thomistarum

Thomistæ pro parte sua scotistis opponuntur contendunt que exclusive adeo actum contingentem eo quod juxta ipsos contingentia sit imperfectio Respuunt etiam entitates scotistarum juxta ipsos decreta divina nihil asquunt preter actum in deo simplicissimum, diversos que status in ipso non exigunt sed tantum varias relationes ad creaturas sine ulla mutatione intrinseca quo distinguunt in hac relatione subjectum et terminum subjectum est actus dei simplicissimus cum quo vocant decretum entitative sumptum terminus sunt creaturæ quatenus autem ad eas terminatur decretum est connotative sumptum itaque juxta eos actus quo deus creavit mundum non est intrinsece diversus ab eo quo decrevisset non existentiam mundi quia actus ille potest se terminare ad existentiam vel ad non existentiam mundi sine novo actu sit autem respondent ad objectionem

Neq. min. deus etsi potuerit carere decreto de mundo condendo non tamen caruisset aliquo sibi intrinseco ille enim non caruisset qui tantum privatus fuisset externa connotatione actus fuit habere relationem ad non existentiam sicut ad existentiam mundi hinc libertas divina pro includat nempe subjectum et terminum cum potuerit contingens esse quoad terminum seu tali effectu ex eo dependenti nunquam potuit contingens esse quoad subjectum, hinc mutatio si quæ foret illa sonat quoad terminum nunquam deus quoad subjectum igitur decreta divina entitative sumpta semper sunt eadem et connotative sumpta diversas possunt habere relationes

Inefficax est sententia Thomistarum ad solvendam difficultatem conciliandam quæ libertatem cum immutabilitate divina

Prob. duobus enim hisstat sententia Thomistarum 1° deum esse actum simplicissimum 2° illum posse se se terminare ad existentiam aut non existentiam mundi sine novo actu; atqui hæc sunt inefficacia ad illa enim sunt quorum unum nimis est obscurum et alterum falsum atqui unum scilicet 1° quomodo non concipitur enim quomodo deus sit simplicissimus actus cum qui libet actus presupponat necessario substantiam preditam facultate agenti ergo 2° falsum est scilicet si enim actus ille posset connotare existentiam aut non existentiam mundi diversa ita connotatives tamen non arguerent diversos status in deo atqui falsum quam existentia mundi et non existentia non sunt idem effectus formaliter sumptus atqui si diversa decreta non arguerent alii enim eadem est causa formaliter sumpta et etiam debet esse idem effectus formaliter sumptus atqui si decreta divina non arguerent eadem esset causa formaliter sumpta ergo

Responsio nostra

His relatis principiis 1° decreta divina sunt in deo contingentia et si alterutrum sit necessarium 2° unum potius quam alterum non est deo magis perfectivum 3° in hoc consistit libertas divina quod potuerit tale potius quam tale decretum ferre ipsius autem immutabilitas quod decreta aeterna posita nunquam potuit rescindi deinde sit respondemus ad objectionem

95 Neg. maj. ex eo quod Deus potuerit carere aliquo sibi intrinseco non inde sequitur quod
non sit immutabilis ex eo enim sequitur tantum esse in Deo actum contingentem, atqui ex eo
quod sit in Deo actus contingens non inde sequitur quod non sit immutabilis non autem non esset
immutabilis, requireretur ut posset transire ab una statu ad alterum atqui ex eo quod in
ipso esset actus contingens, non inde sequitur, inde sequitur tantum eum potuisse ab aeter-
na ad talem potius quam ad talem actum sese determinare.

Sufficiens est nostra sententia ad solvendam difficultatem conciliandamque libertatem
cum immutabilitate ergo est amplectenda

Prob. illa est amplectenda circa concordiam cujus principia sanarent quibusque positis
optime concipitur quomodo Deus sit liber et immutabilis atqui principia nostra quibus positis illa
illa principia sunt vera haec sunt propria decreta atqui haec sunt vera 1um quidem scilicet decre-
ta divina esse contingentia nam sunt libera atqui non possunt esse libera quin sint
contingentia contingentia enim est de essentia libertatis ergo 2um pariter verum est scilicet
alterutrum esse necessarium vel enim vel Deus potuit ab aeterno ab iis ferendis abstine-
re atqui Deus non potuit ille enim non potuit qui ne una quidem instanti potuit remanere su-
spensus et indeterminatus circa sua decreta ferenda atqui Deus ne una quidem instanti potuit aeter-
na enim illa cognovit quae cognoscere poterant ergo 3um pariter verum scilicet unum decretum
potius quam alterum non esse Deo magis perfectionem illud enim non est quod melius non est Deo
habere quam non habere atqui melius non est decretum de mundo condendo po-
tius quam non condendo melius fuit non Deo habere quia nulla minus fuisset infinite per-
fectus et si unum potius quam alterum tulisset ergo 2o his positis principiis optime concipitur
quomodo Deus sit liber et immutabilis 1o quidem quomodo sit liber ille enim quin non
fuit necessitatus in suis decretis ferendis atqui Deus non fuit cum enim fuerint contin-
gentia illa decreta potuit unum potius quam alterum pro libitu ferre ergo

Et certe ideo Deus non esset liber quia non posset sua decreta revocare atqui etiamsi non
possit quod non inde sequitur quod non sit liber ex hac enim sequitur esse in Deo impotenti-
am consequentem atqui impotentia consequens non impedit quominus Deus sit liber illa enim non
impedit quae est effectus exercitii libertatis atqui impotentia consequens est effectus ergo

2o concipitur optime quomodo Deus sit immutabilis juxta nos decreta ab aeterno prolata
non potest rescindere, atqui hoc posito concipitur illa enim concipitur immutabilis qui non
potest ab uno statu ad alterum transire atqui posito quod decreta ergo

Et certe ideo Deus non esset immutabilis quia potuisset carere aliquo actu positivo
atqui ex eo quod potuit carere, potuerit carere non inde sequitur immutabilitas enim postu-
labat ens a suo statu ad alterum atqui ex eo quod potuerit carere etc non inde sequitur sequi-
tur tantum eum in primo instanti potuisse talem actum potius quam talem ponere ergo

Objic. juxta hanc sententiam essent in Deo actus contingentes atqui non possunt esse ergo

Neg. min. nam in Deo sunt actus liberi atqui non possunt esse liberi quin sint contingentes ergo

Prob. quaelibet contingentia in Deo est imperfectio ergo non possunt esse in Deo actus contin-
gentes Dist. anteced. quaelibet contingentia substantiae est conced. ante. ad contingentiam actus et neg.

Quidem contingentia quaelibet substantiae est imperfectio sed contingentia actus non est
illa enim non est quae est necessaria atqui contingentia actus est illa enim est si quidem Deus nec
esse nec concipi posset liber a dextra atqui absque contingentia nec esse nec ergo

Inst. non magis actus contingentes possunt esse in ente necessario quam actus necessarii in en-
te contingente atqui actus necessarii non possunt ergo actus contingentes

Negamus paritatem ratio disparitatis est quod actus quilibet non possit esse aliquo
ente contingente ens potest esse absque actu speciali unde si actus sit necessarius
ens in quo recipitur est necessarium minime ergo non est quod ens, dum sit necessa-
rium in ipso sit actus contingens

Obj. 2º. Decreta divina juxta hanc sententiam esset contingentia et æterna simul atqui possunt esse ergo.
Prob. min. Decreta divina non possunt esse simul contingentia et æterna modo id quod est contingens debet habere initium atqui quod est contingens debet habere ergo.
Neg. min. Actus contingens potest esse æternus ut enim actus contingens possit sufficit ut ab æterno deus potuerit agere libere atqui deus potuit ab æterno tam enim deus potuit ab æterno agere libere quam necessario atqui deus potuit ergo deus sese cognovit sese amavit ab æterno ergo.
Prob. min. illud debuit habere initium quod debuit transire a non existentia ad existentiam; atqui quod est contingens debuit a non existentia ergo.
Neg. maj. ea quod illud enim non debuit habere etc. modo effectus possit esse causæ suæ coævus atqui effectus potest esse. Deo enim non posset asseri quia causa debet præcedere effectum; atqui licet causa debeat non requiritur enim instans reale ut causa præcedat effectum sed sufficit instans rationis quod non impedit quominus effectus sit causæ suæ coævus præterea tam effectus contingens potest esse coævus causæ suæ quam effectus necessarius qui non minus indiget causa a qua producatur; atqui effectus necessarius ergo.
Obj. 3º. Ille non est liber si sit immutabilis, qui per totam æternitatem nil efficere potest atqui si deus sit immutabilis nil per totam æternitatem ut patet quod æterna sua decreta revocare possit ergo.
Dist. qui nil potest efficere impotentia antecedente, conc. maj. impotentia consequente neg. et sic distincta minore neg. conseq.
Itaque duplex est impotentia antecedens et consequens. antecedens ea est quæ prævenit determinationem voluntatis, consequens quæ subsequitur determinationem voluntatis.
Equidem deus non est liber si nil potest efficere impotentia antecedenti sed si non possit impotentia consequenti non inde sequitur quod non sit liber ex eo enim non sequitur quod contra libertatis exercitium necessario presupponit atqui impotentia consequens supponit deus nil potest sed illa impotentia est tantum consequens id est deus nil novi decernere potest quia ab æterno omnia liber decreta seque determinavit libere ad non sequenda.
Obj. 4º. Juxta sententiam nostram deus potuisset aliqua perfectione quam nunc habet carere et alteram acquirere atqui hoc est deo indignum ergo.
Prob. min. illud est deo indignum ex quo sequeretur deum non habere perfectiones possibiles atqui ex hoc sequeretur ergo.
Dist. maj. deum non habere omnes perfectiones simpliciter simplices conc. maj. omnes perfectiones simpliciter secundum quid neg. maj. et sic dist. min. neg. conseq.
Itaque perfectiones duplicis sunt generis simpliciter simplices et simplices secundum quid 1º. sunt eæ quæ meliores sunt oppositis contrariis 2º quæ non sunt meliores oppositis contrariis sive aliquam imperfectionem involvant sive non.
Equidem illud esset ex quo sequeretur quia tunc non esset tam perfectus quam esse potest sed etsi potuerit carere non ideo tamen enim una non sit melior altera deus non est minus perfectus etsi una dicatur potius quam altera porro deus in nostra sententia potuit carere illa perfectio est tantum simplex secundum quid. sic v.g. decretum de mundo condendo atqui est liberum illa enim est bonum quam melius non fuit deo habere quam eam quam habuit per decretum de mundo non condendo; atqui melius non fuit ergo.

De Unitate Dei

Plures deos admiserunt quod quod sua hac ære abusi horum falsorum numinum numerum ad 30 millia asseruit hesiodorus non solum circa numerum deorum erraverunt gentiles sed naturam eorum ridicule admodum deformarunt deos fingebant humano more genitos illosque invicem rixantes ac variis criminibus ornatos omne scelerum genus et flagitiorum tamquam divinis honoribus prosequebantur, ut ait juvenalis
Ecquid nunc et sæpe nefas violare ac frangere mores:
O sanctas gentes quibus hæc nascuntur in hortis
Numina.

97 Hæc opinio de multitudine deorum non multum adversari videtur unitati. inter paganos enim omnes sapientes et philosophi unicum Ens supremum admiserunt ceteros vero deos ipso inferiores et ab ipso dependentes, nullus quoque fuit qui multos æquales et necessarios admiserit.

Circa unitatem dei erraverunt etiam multi inter christianos heretici, in primis quidam manes a quo manichei dicti sunt, hi cum non valerent conciliare existentiam malorum quibus subjacemus cum existentia unius dei, duo admiserunt summa rerum omnium principia, unum bonum a quo bona omnia alterum malum a quo omnia mala promanarent. hanc doctrinam debitis tenebris sepultam in lucem de nuo protulit baillius omnemque industriam et audaciam contra unitatem dei converti[t]. hic palij theistarum prendatores omnibus sit.

Propos 1a

Prob. absurdum est admittendos esse deos numero infinitos; atqui nisi esset unicus admittendi essent, si enim deus non esset unicus unitas non esset deo essentialis; atqui posito quod unitas non sit admittendi essent, nam posito quod unitas non sit deo essentialis possibiles sunt dii numero infiniti; atqui si possibiles sint jam admittendi sunt et existunt, nam dii illi sunt totidem Entia necessaria, atqui Entia necessaria jam existunt eo ipso quod sunt possibilia, Ens enim necessarium illud est quod eo ipso existit quo est possibile, ergo.

Et certe si plures essent dii essent simul liberi et omnipotentes; atqui repugnat plures esse, nam si sint liberi unus potest supponi velle creationem mundi, et alter nolle; atqui tunc non erunt ambo omnipotentes, nam qui non vult creationem mundi vel potest alterum impedire a creando mundo vel non; atqui si possit tunc qui vult creationem mundi non est omnipotens, qui vero non vult si non possit alterum impedire, ipse non est omnipotens. 1us quidem non est ille enim non est qui non potest quidquid est possibile, atqui si 2us pariter eadem ratione ergo.

Et certe si plures essent dii deberent habere supremum dominium in hunc orbem, atqui repugnat eos habere, vel enim hic mundus pendet ab uno tantum vel ab aliis simul, atqui si ille: si 1o si hic mundus pendet ab uno, hic enim solus habebit supremum dominium. 2o si ab aliis simul jam non habent, illi enim non … qui tantum habent partem dominii; atqui si habent tantum ergo.

Et certe deus est Ens necessarium, atqui Ens necessarium est unicum, nam Ens necessarium est illud quod existit quia infinita perfectio expostulat ipsius existentiam; atqui Ens quod existit quia est unicum, Ens enim est unicum cujus solius existentiam expostulat infinita perfectio; atqui Entis illius expostulat solius, nam Entis illius expostulat existentiam infinita perfectio ut in ipso recipiatur atqui in illo unico recipi potest, ergo.

Propositio 2a

Rejicienda sunt duo principia manicheorum.

Prob. illa sunt rejicienda quæ sunt contradictoria; atqui duo sunt, illa enim sunt contradictoria quæ simul sunt perfecta et summe imperfecta; atqui duo principia manicheorum sunt, 1o quidem sunt summe perfecta, nam sunt Entia necessaria; atqui Entia necessaria sunt, illa enim sunt summe perfecta quæ debent continere omnes perfectiones, atqui Entia necessaria debent, ergo. 2o sunt summe imperfecta 1o quidem principium bonum est, illud enim est summe imperfectum quod nec est omnipotens nec independens nec liberum nec beatum; atqui Ens summe bonum non est, 1o non est omnipotens illud enim non est quod non potest facere omne bonum possibile, atqui non potest, ei enim continuo resistit principium malum. 2o non est independens, pendet enim a principio malo in suis operationibus. 3o non est liberum, necessitate enim fertur in bonum. 4o non est summe beatum. illud enim non est quod continuo pugnandum habet adversarium ipsi qualitatibus omnibus oppositum; atqui habet, ergo. 2o principium malum est Ens summe imperfectum. nam habet malitiam in summo gradu, atqui malitia est summa imperfectio, ergo. deinde illud est summe imperfectum quod nec est omnipotens nec ut supra per contraria, ergo.

Et certe illa sunt reiicienda quibus positis non potest explicari permixtio boni et mali ad quam explicandam inventa fuerunt; atqui his positis non potest &c. in iis enim non potest &c. quando vel totum bonum aut totum malum aut nullum bonum et nullum malum exist. in mundo; atqui posit. nam vel haec principia sunt viribus aequalia vel inaequalia atqui si sint viribus aequalia jam nullum bonum et nullum malum erit in mundo si vero sint inaequalia aut totum bonum aut totum malum erit in mundo. 1° quidem si sint viribus inaequalia &c. nam principium bonum totum vitelur in bonum, principium malum totum vitetur in malum, atqui hoc posito nullum &c. vires enim aequales et oppositae mutuo se elidunt ergo &c. 2° si sint viribus inaequalia jam totum &c. nam vel principium bonum erit fortius malo vel malum fortius bono atqui si 1° principium enim bonum vincet malum, et bonum principium agetur, a contrario &c. ergo

Praeterea non potest explicari permixtio boni et mali, positis iis principiis nisi pactum inire potuerint quo principium bonum permitteret malum, et vicissim; atqui hoc pactum non potuerunt inire illud enim non potuerunt inire quod repugnat naturae uniuscujusque; atqui hoc pactum repugnat &c. nam de natura est principii boni facere omne bonum possibile et principii mali omne malum &c. atqui hoc posito non potuerunt inire &c. sunt de natura erit sit principii boni facere omne bonum possibile tenetur etiam impedire omne malum, pari ratione de natura sit principii mali facere omne malum possibile tenetur etiam impedire omne bonum ergo &c.

Diluuntur objectiones manichaeorum bayllii praesertim eorum vindicis

Obj. 1° Admittenda sunt duo manichaeorum principia modo sub unico principio summe bono non possit explicari origo boni et mali; atqui sub unico principio summe &c. ergo &c. resp.

Resp. 1° Neg. maj. etiamsi sub unico principio summe bono non posset explicari &c. non inde sequeretur admittenda esse duo manichaeorum principia requireretur prius ut aperiret sub duobus principiis manichaeorum posset explicari origo boni et mali, et possibilia forent ista principia atqui, ut probavimus, nec illa possibilia sunt nec sub iis potest explicari &c. inde nullam vim habet hoc bayllii argumentum ex hoc enim sequeretur nec admittenda esse duo principia nec unicum; ergo &c.

Praeterea eo quod non possumus quaedam absurda comprehendere non id circo reiicienda est nostra assertio modo clare ostendamus chimerica et contradictoria esse duo manichaeorum principia porro clare ostendimus &c. hinc sufficit nobis respondere negative argumentis bayllii seu probare ea non esse evidentia et clare non demonstrare impossibilitatem boni et mali sub unico principio cum alias rationes positivas attulerimus ad demonstrandam unitatem dei ergo

Resp. 2° Neg. min. nam mala triplicis sunt generis, mala naturae mala poenae et mala culpae atqui haec tria possunt explicari 1° quidem mala naturae, nam ea sunt imperfectiones et defectus creaturarum atqui possunt explicari &c. haec enim possunt &c. quae sunt appendices necessariae naturae humanae et conditionis creaturarum atqui haec sunt &c. 2° mala poenae possunt &c. nam haec sunt dolores morbi mors quae atqui haec possunt explicari &c. illa enim possunt explicari &c. quae deus creaturis rependit in poenam juste pro peccatis debitam atqui deus rependit &c. ergo &c. 3° mala culpae possunt explicari &c. haec enim sunt peccatum ab hominibus commissum atqui peccatum &c. potest explicari ut enim possit &c. sub unico principio summe bono sufficit ut potuerit hominibus concedere libertatem ad bonum et malum versatilem atqui principium summe bonum potuit &c. illam enim potuit hominibus concedere quae est verum et proprie dictum beneficium atqui libertas &c. illa enim est &c. qua homo potest bona aeterna sibi comparare et quae ipsi non conceditur nisi ea intentione ut istabona acquirat, atqui cum libertatem ergo &c.

Et certe illud est verum beneficium quod melius est habere habere quam habere atqui melius est habere habere libertatem &c. per libertatem enim homo efficitur dominus suorum

fatali quae necessitati non subjacet atqui melius est ut homo sit dominus &c ergo &c.

Praeter ea ille potuit concedere hoc libertatem qui potuit exigere cultum liberum ab hominibus atqui Deus potuit &c nam potuit Deus exigere eum cultum qui potissimum congruit hominibus magis quae decet majestatem divinam; atqui cultus liber 1° quidem magis congruit hominibus hi enim sunt ratione praediti proindeque possunt Deum cognoscere et diligere atqui hoc posito magis eorum naturae congruit Deum colere et amare libenter quam necessitate ergo &c. 2° cultus liber magis etiam decet majestatem divinam ille enim magis decet ex quo major gloria in Deum redundat atqui ex cultu libero &c nam cultus libertatis est ut homo est sua voluntate sua feratur ad amorem timorem et adorationem Dei absque ulla necessitate atqui major gloria in Deum redundat quod hoc ex voluntate &c ergo &c.

Inst. Deus est summe bonum atqui ens summe bonum non potest permittere peccatum ergo. Neg min. ut ens summe bonum possit permittere peccatum duo sufficiunt 1° ut ens illud non teneatur agere secundum omnem extensionem suae bonitatis 2° quod eo ipso possit habere rationes sufficientes permittendi peccatum atqui haec duo certa sunt 1° quidem non tenetur agere &c si enim teneretur cum illa bonitas sit infinita tamque late pateat quam ejus potentia teneretur conferre omnibus hominibus dignis et indignis omnia beneficia possibilia atqui non tenetur, cum enim creaturae aptae sint tantum ad beneficia finita Deus non potest tot et tanta ipsis conferre beneficia quin majora possit etiam et plura conferre ergo

Et certe Deus non tenetur de bonitatem conferre creaturis beneficia omnia possibilia detrimento suae sapientiae justitiae et independentiae, atqui si conferret omnia beneficia possibilia esset detrimento &c 1° non esset amplius sapiens indignis enim sicut et dignis ea conferret atqui non est amplius sapiens si &c ergo &c 2° si … non esset amplius justus ut potequod non posset crimina punire amplius prae ipsius bonitate 3° non esset amplius independens teneretur enim facere omne bonum possibile; absque ulla lege ulla distinctione et ulla ordine. ergo consulendo suae bonitati detraheret aliis suis attributis 2° eo ipso quod non tenetur agere secundum totam extensionem suae bonitatis potest habere rationes sufficientes permittendi peccatum nam eo ipso quod non tenetur &c Deus est relative ad creaturas ac si ejus bonitas non esset infinita atqui si bonitas Dei esset ad creaturas quasi non esset infinita potest habere &c sola enim difficultas quae hanc permissionem vetaret esset repugnantia cum bonitate infinita

Urgebis min. ens summe bonum debet esse ita bonum ut melius concipi non possit atqui posset concipi ens melius ente quod permitteret peccatum ergo &c

Prob. min. potest concipi ens quod non permitteret peccatum atqui illud ens esset melius permittente peccatum ergo &c

Resp. 1° Neg maj. nam illud ens quod supponitur &c vel illud impediret necessario vel libere quod si necessario impediret jam non est possibile ens enim illud praeter bonitatem debet etiam esse liber sapiens et independens atqui si necessario &c jam non est &c ergo &c 2° si impediret libere ergo potest illud permittere proindeque non esset perfectius ente quod admisit

Resp. 2° Dist. min. esset melius extensive conc. min. intensive neg. min. ergo &c. Itaque ens potest dici duplici modo melius altero vel extensive vel intensive melius intensive illud est quod continet facultatem majora beneficia praestandi melius extensive illud est quod majora fundit beneficia equidem ente sed non esset melius intensive ens enim quod omnia conferret beneficia posset habere rationes sic agendi.

Inst. Deus non potest homini concedere libertatem nam eam concedendo ipsius praevideret abusum; atqui non potest Deus concedere libertatem cujus praevidet abusum ergo

Neg. min. Si enim Praevisio Dei nullatenus influat in abusum Libertatis Deus potest illam concedere etsi ejus praevideat abusum atqui praevisio Dei nullatenus influit ergo quae enim non antecedit sed subsequitur abusum Libertatis in illam non influit atqui praevisio Dei non antecedit ergo non ideo Deus praevidet abusum Libertatis quia est futurus est ille abusus, non vero est futurus quia Deus ipsum praevidet, ergo.

Prob. min. eam Libertatem non potest Deus concedere homini quam hostis infensissimus vix ipsi concederet atqui vix hostis infensissimus concederet Libertatem cujus praevidetur abusus, ergo.

Dist. maj. illam non potest concedere eodem motivo conc. maj. alio motivo neg. maj. ergo neg. conseq.

Equidem Deus non potest concedere homini Libertatem eodem motivo quo eam concederet hostis infensissimus; sed potest eam concedere altero motivo hostis enim infensissimus eam etsi sit in se beneficium verum posset concedere ea intentione ut verteretur in malum, hinc illud donum etsi sit in se bonum fieret malum propter intentionem illius qui concederet sic qui homini furore excandescenti traderet gladium ut sibi vitam eriperet donum istud etsi bonum in se fieret malum ex intentione illius qui dedit, econtra si v.g. rex suis subditis traderet ingentem pecuniae summam ad sublevandam eorum miseriam, quamvis praevideret plures esse eo abusuros, nihilominus esset beneficus erga eos subditos re ipsa exceptis quos praevidisset suis donis abusuros. porro hostis infensissimus concederet sed non eodem modo, hostis enim eam Libertatem concederet ut ea homo abuteretur sed non sic se gerit Deus: tradit homini Libertatem quia in se verum est beneficium praevidet equidem quosdam esse eo abusuros illud non impedit quia Libertas tum in se tum relative ad intentionem Dei conceditur homini ut ea utatur ad bonum non vero ad malum.

Inst. Libertas illa igitur esset beneficium atqui non est ergo. Neg. min.

Prob. illa enim non est beneficium quam homo ipse accipere nollet atqui Libertatem abusus cujus praevidetur hoc accipere nollet ergo.

Dist. maj. quam accipere nollet praeter vitium ipsi Libertati inhaerens, conc. maj. praeter abusum quem praevidet futurum ex sua culpa neg. maj. et dist. min.

Equidem illa non esset beneficium sed etsi eam accipere nollet propter abusum quem praevidet futurum ex sua culpa non inde sequitur quod non sit beneficium non ut sit beneficium sufficit ut in se bona et ut talis concessa fuerit ad bona acquirenda atqui Libertas est in se bona et concessa fuit ergo nollet accipere sed ille abusus non est annexus Libertati sed homini qui sua culpa ea abutitur

Subs. atqui etiam si abusus ille sit annexus tamen Deus eam non potest homini concedere ergo nulla solutio

Prob. subs. non magis potest Deus eam homini Libertatem concedere cujus praevidet abusum quam pater potest concedere ensem filio quo praevidet illum sese necaturum atqui pater non potest ergo.

Neg. maj. et paritatem, ratio paritatis discriminis est quod pater sit relative ad filium suum provisor particularis cujus officium est invigilare conservationi filii sui nec ullam providere possit habere rationem tradendi gladium quem praevidet fore filio suo noxium; econtra Deus sit provisor generalis qui non tantum tenetur invigilare saluti suorum sed etiam conservationi Legum generalium quas sancivit praeterea quae possit habere rationes petitas ex sua Libertate sapientia et justitia aliis quae attributis propter quae non teneatur avertere a creaturis malum quod praevidet ergo.

Inst. Deus tenetur impedire abusum Libertatis si possit atqui Deus potest ergo tenetur Deus aut non concedere Libertatem aut impedire ipsius abusum.

Neq min non tenetur deus efficaciter impedire abusum Libertatis; satis est si concedat homini
auxilia sufficientia quibus ad bonum excitetur aut a malo avertatur et illud quidem quam
sufficientissime prestat ergo &c

Resumunt. Auxilia quae deus conferret hoi quibus excitaretur & essent gratiae sufficien-
tes atqui deus non potest eas hoi concedere; ergo non sufficit ut talia conferat; neg min

Prob min illas gratias deus non potest conferre hoi quae reddunt eum magis peccatorem; at-
qui gratiae sufficientes reddunt & ut patet quod nunquam habeant effectum et serviant potius in per-
niciem hominum ergo &c

Dist maj quae reddunt & ex natura sua conc maj; culpa hois neg maj sic dist min neg conse

Itaque duplici modo gratiae sufficientes possunt reddere hoem magis peccatorem
vel ex natura sua vel ex culpa hoim; reddunt ex natura sua; quando non possunt in-
servire hoibus nisi ad eos impellendum ad peccatum, reddunt ex culpa hominum quan-
do hoes possunt illis abuti

Adsuetem deus non posset & si ex natura sua redderent & sed si reddant ex culpa hoim
non inde sequitur deum non posse nam deus potest illas conferre quae sunt magnum be-
neficium; atqui etsi reddunt hoes magis peccatores ex culpa ipsorum sunt tamen magnum
beneficium; tamen sunt & quamdiu quod conferretur ei gratia esset beneficium

Licet ipsum magis redderet ingratum atqui licet & ergo & porro gratiae suffi-
cientes reddunt hoem magis peccatorem sed ex culpa illius non vero ex natura
sua illae enim non ex natura sua quae excitant hoem ad vitanda peccata vires
quae prestant ad ea vitanda atqui gratiae sufficientes prestant & ergo &

Subsadqui Etiam deus non potest dare gratias quae reddant hoem magis pec-
catorem ex culpa hois ergo null solutio

Prob subs deus posset hoi conferre gratias efficaces quibus adjutus certo opera-
retur bonum; sed qui potest dare gratias efficaces quibus & non potest dare gratias
sufficientes quae reddunt hoem magis peccatorem & ergo &

Prob min non magis potest deus dare gratias sufficientes quod & cum habet grati-
as efficaces quibus certo & quam medicus qui haberet medicamentum quo certo egrotus sa-
naretur potest illi dare medicamentum quod previdet ipsi nocivum fore ad qui medicus non potest ergo &

Neg maj et paritatem ratio discriminis est triplex. 1a ratio est quod medicamentum
ex natura sua sit egroto nocivum et egrotus non possit efficere quin sit ipsi nocivum

Econtra gratiae sufficientes non tendunt ex natura sua ad malum hois cum
possit se velle, non ad bonum vertere 2a ratio est quod medicus tenetur ex justitia et ex
officio suo dare medicamentum quod certo sciat egroto profuturum cum illud me-
dicamentum non sit gratuitum set debitum Econtra gratia non sunt debita sed pu-
ra dona dei proinde quae deus non est accusandus quod det minorem gratiam eti-
amsi majorem possit dare uno certo non magis deus debet accusari quod non det
majorem gratiam quam cos qui daret beneficia pauperi posset ab eo accusari
quod non daret ipsi majora; atqui sane non posset accusari & ergo & 3a ratio est
quod medicus sit provisor particularis proinde nullam possit habere rationem
non dandi medicamentum certo profuturum Econtra deus sit provisor generalis
qui non tantum tenetur invigilare saluti hoim quam conservationi legum
generalium ipse sanctitarum proinde quae possit habere rationes petitas a sapientia
sua sit agendi ergo &

Inst. atqui Deus non potest Libertatem hoi concedere, illam enim non potest quae est malum atqui libertas &c. ergo &c.
ref. Prob. min. illa est qua per quam hoes innumera mala sibi comparant atqui per Libertatem hoes &c.
Dist. maj. si non dependeat ab hoibus illa mala sibi comparare conc. maj. si dependeat. neg. min. et dist. min. neg. consec. Equidem Libertas esset semper malum si per eam hoes sibi innumera mala compararent et non esset in eorum potestate illa vitare; sed si sibi licet malum nonnun... tamen ex sua culpa, nihilominus non malum sed econtra bonum, et verum beneficium dici debet, tam enim dici debet beneficium quam officium aliud a rege collatum, debet dici beneficium eo quod officiarius mille bona sibi comparare possit quamvis sibi ... illud ad malum convertere possit; atqui officium &c. ergo &c. bona per libertatem &c. sed ab hoibus pendet illa mala vitare adeo ut si illa comparent, jam non in Libertatem sed in ipsorum culpam refundi debent ergo &c.
Inst. Libertas ideo dicitur beneficium quia per eam possumus acquirere bona; atqui pariter per eam possumus acquirere ergo pari modo dici debet mala
Dist. maj. sed est in nostra potestate aut acquirere aut non acquirere conc. maj. et ex natura &c. neg. maj. sic dist. min. &c.
Equidem ideo Libertas dicitur &c. quia possumus &c. sed est in nostra potestate &c. quod vertatur aut ad bonum aut ad malum; unde ab hoe pendet quod ad hoc potius quam ad illud vertatur proindeque ipsi imputari debet aut usus aut abusus.
Obj. 2º peccatum non potest existere sub unico primo pro summe bono illud enim non potest quod repugnat sanctitati &c. ergo &c. Atqui peccatum repugnat &c. ergo &c.
Neg. min. illud enim non repugnat &c. quod nullatenus commaculat sanctitatem dei atqui peccatum nullatenus commaculat &c. si enim commacularet &c. vel physice vel moraliter atqui neque &c. neque &c. 1º non physice solum enim peccatum a deo commissum ipsius sanctitatem commacularet; 2º non moraliter ideo enim &c. quia deus ad illud suaderet aut necessitaret aut illud committendi licentiam, ... sibi dans daret atqui nedum &c. econtra a peccato avertit minando terrendo, bona benefactis promittendo atqui deus &c. ergo &c.
Inst. atqui saltem moraliter peccatum commaculat &c. illud enim commaculat moraliter... cui Lex naturalis jubet impedire peccatum; atqui Lex naturalis jubet deo &c. ergo &c.
Neg. min. Lex naturalis jubet solum hoibus et non deo &c. si enim rationes propter quas hoes tenentur impedire peccatum; non valeant pro deo ipsi Lex naturalis non jubet &c. atqui rationes propter quas &c. non valent &c. hoes enim tenentur &c. quia pares sunt natura proindeque debent se debito sibi invigilare, econtra deus potest habere innumeras rationes permittendi peccatum quia officia Legis naturalis non sunt eadem erga ipsum ac erga hoes ergo &c.
Inst. deus infinito odio prosequitur peccatum sed qui infinito &c. non potest illud permittere ergo &c.
Dist. min. non potest illud permittere positive conc. min. non potest &c. negative neg. min. ergo dist. conseq.
Itaque potest duplici modo dici deum permittere peccatum, vel positive vel negative, deus permitteret peccatum positive, si licentiam daret illud committendi; illud permitteret negative si tantum modo non impediret.
Equidem qui infinito odio prosequitur peccatum non potest illud permittere positive sed potest &c. negative ille enim potest &c. qui potest non impedire peccatum sed qui potest non impedire ille enim &c. qui non tenetur illud impedire; atqui deus non tenetur &c. si enim teneretur &c. vel propter se vel propter hoes; atqui neque &c. neque &c. 1º non teneretur &c. propter se ideo enim teneretur &c. quia peccatum laederet ipsius justitiam aut sanctitatem atqui peccatum neque justitiam &c. primo non laedit ipsius justitiam &c. eam enim non laederet, nisi quia deus teneretur ex justitia dare hoibus impeccabilitatem atqui deus non tenetur &c. ergo 2º non laedit ipsius sanctitatem ut jam probatum est 2º non tenetur propter hoes ideo enim teneretur &c. quia sanctitas ipsius exigeret ut ipsis impeccabilitatem concederet atqui deus non tenetur ut ipsa sanctitati &c. hoibus concedere

103 ipsis enim tenetur tantum ea concedere quae sunt appendices necessariae naturae eorum; atqui impeccabilitas non est appendix &c ergo &c

Inst. si Deus infinito odio prosequatur peccatum effectus illius odii debet esse infinitus atqui si non impediret peccatum, effectus non esset infinitus; ergo &c

Neg. maj. non magis effectus illius odii debet esse infinitus quam effectus amoris infiniti debet esse infinitus atqui effectus amoris &c nam Deus infinito amore prosequitur creaturas atqui effectus illius amoris non est &c si enim esset infinitus crearet eas perfectissimas tamque probas ut non possent concipi magis probi; atqui non creat &c ergo &c

Inst. atqui posito quod Deus infinito odio prosequatur peccatum non potest illud permittere negative nam Deus ut ens sapientissimum nunquam potest agere absque motivo legitimo atqui Deus non potest habere motivum legitimum permittendi peccatum negative, ergo &c

Neg. min. ille enim potuit ille qui potuit habere rationes sufficientes concedendi homini libertatem ad bonum et malum versatilem; atqui ex probatis &c praeterea Deus potuit habere rationes innumeras quas ignoramus petitas scilicet ex sua sapientia libertate et independentia ergo &c

Prob. min. si Deus habuit aliquod motivum permittendo &c maxime aliquod bonum; atqui ~~quod~~ nullum bonum potuit esse ratio sufficiens; ergo &c

1º neg. maj. praeter bona quae Deus potest eruere ex peccato potest alias habere rationes petitas ex sua sapientia et nobis ignotas cum enim Deus sit infinitus potest habere innumera motiva quae intelligentia nostra capere non valeat ergo &c

2º neg. min. Deus potuit eruere ex peccato permisso innumera bona etiam ipso majora etsi illa ignoramus non possumus asserere eum non posse ea educere ergo &c

Prob. min. ut bonum esset motivum sufficiens permittendi peccatum deberet compensare malum quod a peccato oritur; atqui nullum bonum potest &c compensare ~~malum~~ malum ~~infinitum~~ ergo &c

Prob. min. peccatum est malum infinitum &c atqui nullum bonum potest compensare malum infinitum ergo &c

Neg. min. nam illi non possunt asserere nullum bonum posse compensare malum infinitum qui non cognoscunt omnia bona quae Deus potest educere ex peccato; atqui non cognoscimus &c praeterea sit incarnatio verbi divini atqui est bonum quod compensare potest quinimmo longe malum superare quod resultat ex peccato illa enim &c ex qua major redundat in Deum gloria quam injuria ipsi per peccatum illata atqui major redundat &c ergo &c

Inst. Deus potuisset illa bona producere absque peccato atqui hoc posito non potuit illud permittere, ergo

Neg. min. ut bona educta ex peccato sit motivum sufficiens illud permittendi non requiritur ut alio modo potuerint ea comparari sed sufficit ut Deus potuerit sapienter in peccato permisso ad ea producenda et habuerit rationes legitimas ea bona ex peccato educendi potius quam ex alio medio; atqui hoc ita est nemo quae ut quam contrarium demonstrabit, cum nemo possit comprehendere thesauros sapientiae et scientiae Dei et ea quae habet agendi motiva cognoscere.

Obj. 3º Existit principium malum nam dantur in nobis motus concupiscentiae atqui illi motus oriuntur a principio malo ergo &c

Prob. min. vel illi motus oriuntur a principio malo vel a bono; atqui non a bono ergo &c

Neg. maj. neque a principio bono neque a principio malo oriuntur sed a nobismetipsis, nam actus animae nostrae oriuntur a nobis; atqui illi motus sunt actus animae nostrae nam illorum actus sunt amor aut odium aut desideria quibus bonum ... appetimus atqui amor aut odium &c sunt actus animae nostrae, ergo &c

sunt Ergo & Prob. maj. illi non oriuntur ab anima nostra qui sunt in nobis sine nobis atqui illi motus
Dist. maj. illi non oriuntur ... libere, conc. maj. necessario neg. maj. dist. consec
Atqui hi non oriuntur a nobis libere qui sunt & inde sequitur quod oriuntur necessario quod sint nobis inde liberali nullum quae nobis ingratum conferant sed nihilo minus sunt spontanei et eo magis spontanei quo avidiore delectatione excitantur quod sufficit ut ab anima nostra producantur.

Atqui hos motus non producit anima necessario nisi consequenter ad leges unionis animae et corporis quae quidem oriuntur a Deo, sed Deus illas leges instituit propter sapientissimas rationes et iis derogare non tenetur; inde si Deus potest permittere peccatum ea quod agat semper aliis generalibus, ita etiam potest esse causa occasionalis et ordinare illorum motuum propter eandem rationem.

De Scientia Dei

Triplex est Dei scientia prima simplicis intelligentiae qua res mere possibiles cognoscit. 2a. visionis qua videt res in quacunque temporis differentia existentes seu res presentes et futuras 3a. quae vocatur scientia media, ea est quae videt res sub conditione futuras

Propositio

Deus est omniscius

Prob. Deus enim est ens infinite perfectum atqui ens infinite perfectum est & ens enim illud debet habere omnes perfectiones, atqui scientia omnium rerum est summa perfectio ergo &

Et certe ille est omniscius qui res omnes tum possibiles tum existentes in quacunque temporis differentia apprime novit atqui Deus novit & 1o. res omnes possibiles cognoscit nam Deus cognoscit ea quae sunt cognoscibilia atqui res possibiles sunt cognoscibiles illae enim sunt quae sunt sufficienter determinatae atqui res possibiles sunt sufficienter illae enim sunt quae certis propriis quae constant attributis, atqui res possibiles constant ergo &

Praeterea Deus est omnipotens, atqui non potest esse quin res omnes possibiles cognoscat non nisi res possibiles cognosceret circa eas non posset exercere virtutem suam producendi ergo &

2o. Deus cognoscit res in quacunque temporis differentia existentes res enim illae vel sunt presentes vel preteritae vel futurae atqui Deus cognoscit tum 1o quidem cognoscit res presentes et preteritas illas enim cognoscit Deus quae sunt intelligibiles; atqui res sunt illae enim sunt quae ab ipsismet creaturis cognoscuntur atqui res presentes et preteritae creaturis & ergo & 2o. cognoscit res futuras res enim vel sunt necessario vel libere futurae atqui Deus cognoscit tum & 1o quidem cognoscit res necessario futuras illas enim cognoscit Deus quae sunt appendices legum necessariae ab eo constitutarum atqui res necessario futurae sunt & habent praeterea connexionem necessariam cum suis decretis ergo & 2o. Deus cognoscit res libere futuras illas enim cognoscit quae sunt intelligibiles atqui res libere futurae sunt & illae enim sunt quae sunt ab aeterno determinate futurae atqui res liberae futurae sunt & res enim illae existunt in tempore ab qui eo ipso quod existunt in tempore sunt & sicut primum eo ipso quo desinunt existere sunt preteritae pari modo quae extiturae sunt, sunt determinatae futurae ergo &

Et certe ideo res libere futurae non essent intelligibiles quia essent contingentes atqui eadem omnino ratione non ideo & non actiones presentes et si contingentes sunt nihilo minus intelligibiles; atqui eadem ratione possunt esse res libere futurae contingentes et tamen esse intelligibiles. ideo enim res presentes et si contingentes sunt tamen intelligibiles quia statim ab ea quae sunt presentes non potest supponi eas non esse presentes atqui pariter cum res sunt futurae

non potest supponi eas non esse futuras non magis enim fieri potest ut quod est futurum non sit
105 futurum quam fieri potest ut quod nunc existit non existat atqui fieri non potest ut quod nunc existit
Et certe res libere future ab aliis probabiliter cognoscuntur, sed quae ab aliis probabiliter cognoscuntur debent certo et infallibiliter cognosci nam eo probabilius res illa cognoscuntur quo major est
hais intelligentia ande si cognitio illa crescat pro ratione intelligentiae cum quae intelligentia divi
na est infinita tanta deus certitudine res libere futuras cognoscet quanta distantia ipsius intelli
gentia nostram superat, ergo
Præterea deus est potest quod sit opifex peritissimus et sapientissimus debet ea omnia cognoscere
quae nullum influunt in opus suum atqui actiones libere future nullum influunt [illegible]
quae in ordinem tum moralem tum physicum influunt atqui res libere future [illegible] quidem in
ordinem physicum illae enim influunt quae tum materiae tum naturae quantitatem [illegible]
aut imminuere possunt atqui res libere future possunt ergo 2º in ordinem moralem illae
enim influunt a quibus pendet imperiorum fortuna religionis vicissitudines et ab actio
nibus libere futuris pendent ergo
Obj. 1º illa non est in Deo admittenda scientia quae noceret humanae libertati atqui prescien
tia dei noceret ergo
Neg. min. illa non nocet humanae libertati quae nullatenus influit in actum creaturae
atqui prescientia dei nullatenus nam prescientia dei est simplex intuitus actus libere futuri
atqui intuitus non magis enim intuitus actus libere futuri in ipsum influat quam in
tuitus actus presentis, atqui intuitus actus presentis non ergo
Inst. min. illa nocet libertati qua posita actum non potest non evenire atqui posita prescientia
actus non potest
Dist. maj. non potest non evenire impotentia antecedente et libertati adversa conc. maj.
impotentia consequenti et libertati amica neg. maj. et sic dist. min.
Equidem prescientia divina noceret libertati si actus previsus non posset non evenire
impotentia antecedente sed etiamsi non possit non evenire impotentia consequente non inde
sequitur, illa enim non nocet libertati illa enim non nocet libertati quae consequitur
[illegible] voluntatis exercitium est quae ipsius effectus atqui impotentia consequens [illegible] prescientia
actus posito actus non potest non evenire impotentia consequente non vero antecedente nam
ideo non potest non evenire quia previdetur, ideo autem actus ille previdetur quia est futurus
est autem futurus quia voluntas est se se libere determinatura ad illum ponendum ergo
Inst. atqui etiam nullo modo actus ille non potest non evenire nam prescientia
divina non potest falli atqui si actus a deo previsus posset non evenire posset falli ergo
Neg. min. non magis enim prescientia divina posset falli eo quod [illegible] ideo non potest falli
cum video hominem sedentem etiam si possit non sedere, atqui visio mea [illegible] ergo
Inst. min. si res a deo prescita non eveniret falleretur prescientia dei ergo si res a deo presci
ta possit non evenire potest falli prescientia dei
Dist. conseq. si res a deo prescita possit non evenire potentia futuritionis conc. conseq. potentia
mere possibilitatis neg. conseq.
Itaque duplex est alia futuritionis alia mere possibilitatis, potentia futuritionis ea est quae
potest supponi ad actum reducta cum sit reducenda potentia possibilitatis ea est quae non po
test supponi ad actum reducta
Equidem si res prescita posset non evenire potentia futuritionis posset falli prescien
tia divina sed etiam si possit non evenire potentia mere possibilitatis non inde sequitur
quod possit [illegible] enim falli possit prescientia divina non sufficit ut res possit non evenire
cum Deus previdet illam esse futuram sed requiritur ut potentia illa stante prescientia dei
possit supponi actu reducta, sicuti cum video hominem ambulantem ut visio mea possit falli non sufficit
ut homo ille possit non ambulare sed requiritur ut ita possit non ambulare ut potentia illa possit sup
poni ad actum reducta supposita [illegible] visione porro. actio prescita potest non evenire pariter

prescientia potest non esse si autem actio non eveniret non esset prescientia unde actio et prescientia sibi mutuo consequuntur adeo ut una non possit esse sine altera

Inst. potest supponi rem non evenire nam quidquid est possibile potest supponi atqui possibile est ut res prescita non eveniret, ergo &c.

Dist. maj. nisi fiant suppositiones contradictoriæ conc. maj. si fiant neg. maj. Dist. min. &c.

Quidem quidquid est possibile potest supponi quando non fiunt suppositiones contradictoriæ sed si fiant [illegible] non potest &c. v.g. cum petrus sedet possibile est ut non sedeat quando video illum sedentem non potest supponi eum non sedere quin fiant suppositiones contradictoriæ porro possibile est &c. sed tunc fierent suppositiones contradictoriæ tunc enim fierent &c. quando supponeretur deum simul previdisse et non previdisse atqui &c. previdere fuerit 1º. quidem supponeretur illum previdisse, ex hypothesi 2º. supponeretur eam non previdisse non potest enim supponi rem non evenire et esse prescitam si enim supponeretur eam posse non evenire supponeretur eam non esse prescitam ergo &c.

Obj. 2º. Si prescientia non noceat libertati jam non est infallibilis illa enim non est infallibilis cujus objectum potest aliter se habere, atqui objectum prescientiæ dei cum sit liberum potest aliter &c. ergo &c.

Dist. maj. cujus objectum potest &c. etiam posita prescientia dei conc. maj. sublata prescientia dei neg. maj. dist. conseq.

Quidem si posita prescientia dei objectum illius posset aliter se habere non esset certa et infallibilis sed si sublata tantum prescientia dei possit aliter se habere non inde sequitur quod non sit infallibilis porro objectum prescientiæ potest aliter se habere antecedenter ad ipsam sed ea semel posita non potest aliter &c. v.g. sicuti actio presens antecedenter ad meam visionem potuit aliter se habere et non existere, sed posita semel mea visione non potest supponi non esse et hoc quidem cum dico non est prescientiam nocere libertati sicuti mea visio non nocet libertati actionis cujus testis sum et si non possit supponi non existere ergo &c. Obj. 3º. illa non est deo tribuenda qua posita nulla amplius est habenda cura de salute nostra atqui posita prescientia dei nulla amplius est habenda &c. ergo &c.

Neg. min. 3. &c. enim non esset habenda &c. quia prescientia dei influeret in nostram salutem aut damnationem atqui nulla tenus influit illa enim non influit &c. quæ non antecedit sed subsequitur actiones nostras meritorias aut demeritorias atqui prescientia dei &c. ergo &c.

Prob. min. vel deus previdet me esse salvandum vel non si prius quantumcumque sint mea scelera salvabor si posterius, quidquid agam damnandus sum, ergo

Retorquendo argumentum. Inutile est hac ægroto medicum advocare. nam vel deus previdet eum esse moriturum vel non, si prius, et si non veniat medicus non morietur si prius quidquid agat medicus morietur [posterius / posterius]. Pariter inutile est frumentum inseminare, nam vel deus previdit illud esse oriturum vel non si prius, ergo non inseminetur orietur si posterius, licet inseminetur non orietur eodem modo possum impune me eodem modo possum impune jam in voraginem precipitare nam vel deus previdit me hodie moriturum esse vel non, si prius quidquid agam moriar si posterius etiam si usque ad profundum inferni descendam non moriar.

Neg. min. tanquam de falso supponentem. supponit enim deum previdisse hunc esse salvandum vel non independenter ab operibus suis previsis atqui hoc falsum est. deus enim previdet hunc esse salvandum quando previdet eum esse salutem per bona opera sua consecuturum previdet autem eum esse damnandum propter scelera ab ipso committenda

Obj. 4º. deus non cognoscit futura libera deus enim ea non cognoscit quæ non sunt cognoscibilia atqui futura libera non sunt &c. ergo &c.

Neq. nisi illa sunt cognoscibilia quae sunt sufficienter determinata, atqui futura Libera sunt & ergo. Probo min. illa non sunt cognoscibilia quae nullum habent medium quo cognoscantur nd. qui futura Libera & ergo.

Neg. maj. tanquam de falso supponentem, supponit enim deum indigere medio ad cognoscenda futura Libera atqui deus non indiget medio & cognoscit enim oia ex seipso ergo.

Inst. si deus posset cognoscere futura Libera vel in voluntate creaturae vel in veritate objectiva atqui neutrum ergo.

Neg. min. deus potest videre futura Libera tum in voluntate creaturae tum in veritate objectiva 1° in voluntate creaturae in ea enim deus potest videre & quam potest certo videre se determinaturam, atqui deus & nam deus perfecte cognoscit res creaturas sed qui perfecte cognoscit potest & ergo. 2° potest ea videre in veritate objectiva nam veritas objectiva est veritas futuritionis quia ergo ad quid deus videt futuritionem rei ad hoc enim satis & quod sit determinate verum ab aeterno rem esse futuram atqui determinate verum est ab aeterno & ergo & unde e duabus propositionibus de futuro contingenti una est vera et altera falsa v.g. peccatum petri est futurum, peccatum petri non est futurum si petrus peccet fuit prior propositio ab aeterno vera et posterior falsa si petrus non peccet posterior est vera et prior falsa.

De Omnipotentia dei

Omnipotentia dei in ea consistit quod deus supremum habeat Dominium in oia a se distincta sive possibilia sive existentia.

Propositio

Deus est Omnipotens

Prob. nam deus est Ens infinite perfectum atqui Ens infinite perfectum est & nam Ens infinite perfectum debet habere oes perfectiones atqui Omnipotentia est perfectio ergo.

Certe ille est omnipotens qui omnia creavit qui nova potest creare creata adnihilare tum quae voluntates ad nutum flectere atqui deus & 1a et secunda pars probatae sunt in de Existentia dei. 3° potest creata adnihilare nam potuit creare sed qui potest creare potest et annihilare, si enim non major vis requiritur ad annihilandum quam ad creandum qui potest creare et annihilare potest atqui non major vis & nam ad creandum requiritur ut Ens ex non Existente fiat existens ad annihilandum vero ut ab Existente fiat non Existens atqui non major vis requiritur ad & ergo & 4° potest ad nutum flectere & ille enim potest flectere ad nutum voluntates hominum qui in thesauris suis habet gratias quibus ad quod cunque voluerit Indeclinabiliter trahit voluntates atqui deus habet & ergo.

Certe deus ut pote opifex peritissimus et sapientissimus debet supremum habere dominium in ea oia quae conducunt ad rectam operis sui dispositionem atqui tum voluntates quam plurium conducunt ad rectam & Illae enim conducunt ad rectam & quae influunt in ordinem tum moralem tum phisicum atqui tum voluntates influunt & ut ex probatis constat ergo.

De sapientia Dei

Deum esse sapientem ex hoc probatur quod sit Ens necessarium et Entium omnium director et gubernator non minus quae invicte demonstratur ipsius sapientia ex stupendo hujus mundi architecturum si quis enim de sapientia dei dubitet sursum attollat oculos. Quaeritur an deus ut sapientiae suae an deus de sapientiae quae tenebatur in hypothesi quod agat se digere opus optimum et perfectissimum huic quae stiori ortum dedit difficultas explicandi mala sub principio bono aliud ut satis facerent philosophi quidam supposuerunt mala esse appendices necessarios hujusce mundi dispositionis quae cum sit perfectissima debuit a deo aliis praeponi adeo ut non sit ut pardes eo quod a& naturam non impediat duplex est hanc philosophorum sententia altera malebranchii altera Leibnisii

Sententia Mallebranchii

1º Juxta Mallebranchium deus est liber circa mundum creandum aut non, sed in hypothesi quod sese determinet ad illum creandum se ligere perfectissimum; cum enim non agat a dextra nisi propter suam gloriam, tenetur illud opus eligere ex quo ipsi major redundet gloria; opus illud censetur perfectum quod fideliter exhibet dei attributa, scilicet potentiam et sapientiam. Ut eluceat potentia deus debet eligere opus perfectissimum in se; ut autem eluceat sapientia debet adhibere vias simplicissimas in opere suo condendo.

3º Leges, illeut sint simplices, debent esse generales; hae vero sunt illae quibus deus aliquid operatur non immediate et directe sed mediante causa occasionali, unde effectus voluntatis generalis pendet ab influxu causarum secundarum; voluntas vero specialis ea est qua deus aliquid vult in se immediate et directe. Itaque tenetur deus titulo sapientiae leges generales sancire quibus foederatur operi; sui tamen gratia potest tamen illis aliquando derogare et uti viis specialibus ut ostendat dominium suum, et cum iis derogat miraculum operari dicitur. 4º deus non tantum in ordine naturali sed etiam supernaturali debet uti viis generalibus; unde sicut in ordine physico omnia contingunt consequenter ad leges generales, ita etiam et in morali. 5º deus non potest agere a dextra nisi ex opere suo acquirat gloriam adjoni sue aequalem proindeque infinitam; porro mundus iste quamvis perfectus est tamen finitus et gloria infinita ex ipso redundare non potuisset nisi deus ejus existentiam decernendo decrevisset etiam verbi divini incarnationem. 6º iis positis optime concipitur quomodo concors sit cum aliis viis divinis tum moralis tum physicae mali permissio; cum enim deus teneatur titulo sapientiae uti viis generalibus, potuit quibusdam auxilia non dare aliis gratias mere sufficientes non vero efficaces.

Antequam de hac sententia mentem nostram aperiamus quaedam sunt in antecessum antepo nenda

Propositio 1ª

Deus non intendit existentiam mundi tanquam medium unicum

Prob. illud intenditur tanquam medium unicum quod necessarium est ad finis consecutionem; atqui existentia mundi non est necessaria ad finem; finis ille est beatitudo dei; atqui existentia mundi non est necessaria; est enim deo intrinseca et non pendet ab existentia mundi

Propositio 2ª

Deus non intendit existentiam mundi tanquam finem suum ultimum

Prob. nam finis ultimus dei est summa ipsius beatitudo; atqui deus non intendit existentiam mundi tanquam suam beatitudinem; ille enim non intendit quod cum in se omnia bona contineat sibi sufficit, est quae ex se ipso summe beatus; atqui deus; ergo

Propositio 3ª

Deus non agit a dextra propter suam gloriam

Definitio gloria generatim est clara cum laude notitia; duplex est intrinseca et extrinseca; 1ª est notitia quam deus habet suae excellentiae et suarum perfectionum; gloria extrinseca est earum perfectionum manifestatio ad extra

Prob. si deus ageret propter suam gloriam vel propter intrinsecam vel propter extrinsecam; atqui neque 1º quidem non propter intrinsecam; propter eam enim deus non agit quae est deo essentialis et non pendet a lidditibus ipsius a dextra; atqui gloria intrinseca; 2º non propter gloriam extrinsecam; propter eam enim non agit deus quae est respectu dei veluti non esset; atqui gloria extrinseca est; nihil illa enim est quae ipsius beatitudini nec addere nec detrahere potest; atqui gloria extrinseca; ergo

Observatio attamen omnia debent verti in gloriam dei quamvis ipsam non intendat deus tanquam finem suum aut non sit motivum quo determinetur ad agendum; sed quia cum deus sit principium omnium rerum, ordo postulat ut omnia ad ipsum referantur; gloria illa dei vocatur finis operis non vero operantis.

Propositio 4ª

109 Existentia aut non Existentia mundi sunt respectu dei media æqualia

Prob. illa enim sunt æqualia quorum unum non magis confert ad finem dei quam alterum atqui Existentia mundi aut [illegible] ea enim non magis conferunt [illegible] qui est deo essentialis et indepen dens ab Existentia mundi, atqui [illegible] ergo

Et certe vel [illegible] sunt media respectu dei æqualia vel Existentia mundi est medium melius non Existentia atqui Existentia mundi non est nam mundus non est necessarius atqui si Existentia mundi esset medium melius [illegible] mundus esset [illegible] ille enim esset necessarius a quo creando non potuisset abstinere atqui si Existentia mundi esset medium melius [illegible] deus enim cum sit Sapientissimus non potest non assumere medium melius ergo

Hinc respectu dei Existentia et non Existentia creaturarum Ens et nihilum mundus perfectior et minus perfectus pari gradu incedunt

Propositio 5ª contra mallebranchium

Deus in hipotesi quod agat non tenetur ad Optimum

Prob. ille non tenetur ad Optimum, respectu cujus Optimum et minus bonum perfectum et minus perfectum sunt media æqualia atqui respectu dei optimum et minus bonum [illegible] ergo

Et certe ideo deus teneretur ad optimum, quia teneretur ad id quod sapientia judicat melius atqui deus non tenetur ad id [illegible] nam absurdum est dicere mundum mundum esse aut necessa rium atqui si deus teneretur nam vel sapientia judicat melius esse mundum creare vel non, atqui si sapientia judicat melius esse [illegible] mundus est necessarius, si vero judicat melius non esse Jam est impossibilis 1º si [illegible] nam non potest deus abstinere ab eo quod sapientia judi cat esse agendum 2º si [illegible] est impossibilis, non potest enim deus insipienter agere, ergo

Et certe si deus teneretur ad Optimum vel ad id quod est optimum in se vel ad id quod est Optimum relative ad leges simplicissimas atqui neque [illegible] 1º non tenetur [illegible] in se. tandem non tenetur ad impossibile, atqui mundus optimus in se est impossibilis ille enim est quo melior et perfectior dari atqui melior [illegible] solus est enim deus qui possit esse infinite perfectus. preterea ad id non tenetur deus quod non prestitit atqui deus non prestitit mundum in se Optimum Ille enim non est in se qui potuisset esse melior et perfectior, atqui mundus potuisset [illegible] potuissent enim hæc perfectiones [illegible] majora potuissent [illegible] in mundo bona producere, ergo [illegible] 2º non tene tur creare mundum optimum relative. ad Leges [illegible] ad id enim non tenetur deus quod non prestitit. atqui hunc mundum perfectissimum quoad leges [illegible] non prestitit patet enim viis [illegible] simpli cioribus sive quoad leges motus sive quoad leges unionis corporis et animæ quæcumque enim sint perfectio illarum Legum est semper finita proindeque magis ac magis augeri potest. ergo

Preterea. illa sententia non est admittenda qua posita sequerentur absurda, atqui ex hac sententia [illegible] nam absurdum est dicere deum non posse plures homines salvare quam quis salvantur [illegible] hominibus beneficia conferre peccata impedire, absurdum est aio quæ contingunt respectu dei esse necessaria et quæ non eveniunt esse impossibilia absurdum est non esse gratias persolvendas deo ob beneficia accepta atqui hæc [illegible] consequuntur ex sententia mallebranchi Jubente enim sapientia [illegible] quæ sunt prestitit et quæ non sunt sapientia vetat

[illegible] reiicienda est quæ non solvit difficultatem ad quam solvendam adinventa est, atqui hæc sententia non solvit [illegible] nam inventa est ad Explicandam Originem mali sub principio bono

Atqui non Explicat Originem [illegible] nam idea juxta mallebranchium malum Existeret [illegible] quia deus debuisset se determinare ad Eligendum hunc ordinem in quo mala essent permi ttenda, atqui hoc modo non Explicatur hæc enim modo non Explicatur [illegible] modo deus potu erit non creare mundum, et sic malum impedire atqui deus potuit [illegible] ergo

Obj. 1º deus tenetur ad Optimum nam deus tenetur illud Exequi quod sapientia judicat agendum, atqui sapientia judicat optimum esse agendum, ergo [illegible] si enim [illegible] minus bonum sint [illegible] respectu dei sapientia non judicat [illegible] atqui [illegible] sunt [illegible] ergo

Et certe si sapientia judicaret agendum quod est melius teneretur deus mundum creare siquidem mundus existens melior est non existente imo teneretur creare omnes mundos possibiles cum melius sit eos existere quam non existere atqui deus non tenetur, et ipsemet mallebranchius fatetur ergo &c.

Prob. min. Sapientia judicat agendum id quo magis exprimuntur dei perfectiones atqui dei perfectiones magis exprimuntur per id quod est melius &c. ergo &c.

Neg. maj. nam mundus existens magis exprimit dei perfectiones quam non existens, atqui tamen sapientia non judicat creandum mundum potius quam non creandum, alioquin mundus esset necessarius ergo &c.

Prob. maj. deus amat necessario suas perfectiones, sed qui amat &c. tenetur illud agere quo magis exprimuntur, ergo &c.

Neg. min. deus enim teneretur &c. eo quod &c. quia manifestatio perfectionum dei aliquid ipsis adderet atqui manifestatio &c. nihil addit &c. illud enim nihil &c. quo deus non efficitur magis beatus atqui deus non &c. ergo &c.

Obj. 2o. Tenetur deus illud exequi ex quo majorem sibi comparat gloriam atqui deus a mundo perfectissimo sibi &c. ergo &c.

Neg. maj. si enim teneretur deus &c. gloria dei esset motivum quo determinaretur ad agendum atqui gloria dei non est &c. nam falsum est dicere, ipseque mallebranchius fatetur deum teneri creare mundos omnes possibiles eos quidem quam perfectissimos atqui sic gloria dei esset &c. ergo &c.

Prob. maj. ex hoc sequeretur deum non intendere gloriam suam in operibus suis ad extra atqui deus intendit &c. ergo &c. ergo &c.

Neg. min. propter rationes allatas

Prob. min. tenentur homines refferre omnia ad gloriam dei, atqui nisi deus intenderet &c. non tenerentur homines ergo &c.

Dist. min. nisi intenderet gloriam suam neque tanquam finem operis neque tanquam finem operantis conc. min. nisi deus intenderet &c. tanquam finem operantis neg. min. sic distincto consequens

Equidem nisi deus intenderet gloriam suam vel ut finem operis vel ut finem operantis non tenerentur homines &c. sed etsi non intendat tanquam finem operantis, non inde sequitur quod homines non teneantur &c. quia finis ille ita annexus est operi ut non possit adeo separari proindeque tenentur homines omnia ad deum refferre, tanquam ad suum principium et finem ultimum, sed inde deus nullum lucrum percipit proindeque non tenetur omnia exequi ad gloriam suam comparandam quia est respectu illius quasi non esset ergo &c.

Inst. deus cum agit tenetur ad optimum. opus enim dei debet semper equivalere actioni creatrici atqui nisi opus sit perfectissimum non equivaleret &c. ergo &c.

Neg. maj. deus enim potuisset ferre decretum de mundo non condendo atqui tamen nihil fecisset ad extra quod equivaluisset actioni creatrici quod hoc decretum tulisset ergo &c.

Sententia Leibnizii.

Principium fundamentale illius sententiae est quod deus non possit agere sine ratione sufficiente id est sine motivo preponderante ex parte creaturarum desumpto, unde inter duo media equalia inter duo bona equalia deus non potest eligere si vero sint inequalia, a fortiori non potest eligere minus bonum proindeque mundus iste est omnibus mundis possibilibus optimus et perfectissimus quia non potuisset eum creare nisi motivum preponderans habuisset ab ipsius majori perfectione desumptum.

Sic autem explicat quomodo deus habuerit rationem sufficientem illum creandi potius hunc potius quam alterum, deus ut pote summe bonus inclinatur ad communicandas suas perfectiones creaturis et haec inclinatio fuit motivum hunc mundum creandi. mundus

111 perfectissimus ille est, juxta ipsos, in quo plura sunt bona, licet permixta sint
mala, nihilominus est perfectus quia illa mala possunt esse causa innumeralium bonorum vult deus immediate bona mediate vero mala scilicet vult deus voluntate antecedente existentiam bonorum cum autem omnia creata debeant aliquo vinculo connecti et diversimode combinari cumque ex illa combinatione necessario sequantur aliqua mala deus ex omnibus combinationibus possibilibus eam eligere debuit in qua plura essent bona et mala quaecumque apparent necessaria [illegible] (permisit) ab eo eliguntur voluntate consequente mundus iste nihilominus est perfectissimus quamvis partes quaelibet non sint in se et absolute perfectae dummodo universalitas ipsius sit perfecta sicuti machina est perfectissima quamvis partes singulae non sint in se perfectae dummodo ita sint inter se unitae ut effectum quam optimum et simplicissima via efficere possint ita a pari mundus dici debet perfectissimus dummodo partes, licet et non absolute in se perfectae possint producere dicta bona possibilibus viis simplicioribus

Propositio

Reiicienda est sententia Leibnitii

Prob. illa est reiicienda cujus principium fundamentale est falsum et attributorum dei destructivum atqui principium 1° quidem est falsum nam hoc est principium quod voluntas divina non possit agere sine motivo praeponderante ex parte creaturarum deesumpto, atqui hoc falsum ille enim potest agere sine quo nullo motivo ex parte inclinari potest ad aliquid agendum atqui deus nullatenus illa enim nullo respectu [illegible] creata sive perfectiora sive minus perfecta sunt prorsus aequalia atqui respectu dei ergo

Et vero si deus non posset agere absque motivo praeponderante non posset eligere inter duo perfecte aequalia; atqui deus potest nam deus sese determinavit ad creandum hunc mundum tali tempore potius quam alio et tali spatii parte in qua mundum illum collocavit volui. deus et corpora celestia moverentur ab oriente ad occasum, atqui haec omnia erant respectu dei perfecte aequalia ergo 2° est attributorum dei destructivum, illud enim est quod posito non amplius concipitur deus summe potens et liber, atqui posito hoc principio non amplius 1° quidem non amplius potens, ille enim non est qui nullum potest producere effectum diversum ab iis quae produxit; atqui posito hoc principio deus nullum potest vel enim effectus ille esset melior iis quae produxit vel pejor vel aequalis atqui nullum ex his posset 1° quidem effectus alter non potest dici melior alioquin mundus iste non esset bonum perfectissimus quod quidem ipsius sapientiae contradicit 2° effectus ille non potest dici pejor et a deo produci alioquin eligeret minus bonum praemajori 3° non potest dici aequalis, inter duo enim aequalia deus non potest eligere ergo 2° non amplius concipitur liber ille enim non qui naturali necessitate tenebatur ad mundum creandum, atqui posito hoc principio deus tenebatur illum qui non poterat non eligere mundi existentiam atqui hoc posito principio deus non poterat non eligere ille enim non poterat qui non habebat motivum praeponderans eligendi non existentiam mundi; atqui deus non habebat contra cum mundi existentia sit melior non existentia ergo

Et certe illa sententia est reiicienda ex qua sequuntur absurda atqui ex hac sententia nam absurdum est inutiles esse preces offerre qui [illegible] creaturarum atqui posita sententia.

Leibnicii inutiles & illi enim impulito est preces afferre qui nec bona conservare creaturas nec ab iis mala potest avertere atqui in hac sententia & siquidem nullum aliud [illegible] num existere potest quam quod existit ut patet quod mundus is fecit quam optimus ergo

Obj. Ille tenetur ad optimum qui inter duo equalia non potest eligere atqui non potest & ergo neg min. ob rationem allentiaris.

Prob. min. Deus non potest eligere inter duo equalia nisi rationes habeat unum eligendi pre alio atqui inter duo equalia deus non potest habere & ergo

Dist. maj. nisi habeat rationes aut petitas aut ex sua voluntate aut ex objectione maj. petitas objecti neg maj. et sic dist. min &

Equidem deus non potest & nisi habeat & sed necesse non est ut rationes ille petant ex objecti sufficit ut sint ex parte voluntatis dei quia ut ayunt stat pro ratione voluntas determinativa voluntas est activa proinde que predita facultate eligendi absque ullo motivo externo & porro deus non habet & sed habet petitas ex sua voluntate ergo &

Subs. Atqui etiam requirit ratio petita ex objecti ergo nulla solutio.

Prob. subs. Voluntas enim divina non potest determinari sine causa atqui nisi habeat & determinare & ergo

Neg maj. voluntas enim divina est activa non vera passiva proindeque non indiget causa qua determinet sed est sibi ipsi causa unde objecta externa non sunt causa determinantes sed tantum occasionales facultates electivæ cum sepe sepius minus bonum preponat ergo

Inst. Deus non potest sese determinare ad unum pre altero quin illud alteri anteponat atqui non potest unum alteri quin sit melius & ergo

Dist. maj. non potest & id est quin unum assumat altero relicto conc. maj. quin unum quin unum plurius faciat quam alterum neg maj.

Itaque vox anteponenda est duplici sensu intelligi potest vel eo sensu quod una res alteri assumatur relicta vel quod una plurius estimetur altera equidem deus non potest quin unum anteponat altero sed necesse non est ut unum plurius faciat altero.

Porro deus non potest anteponere alteri seu unum pluris facere quin sit melius sed potest unum assumere altero relicto abs eo quod sit melius. Nam voluntas nam voluntas divina cum sit facultas electiva potest ad quod voluerit se pro arbitrio determinare atqui posita illa facultate potest inter duo equalia unum assumere alter relicto et in hoc consistit electio ita que efficit ut agens plenum et perfectum habeat in suos actus dominium

De providentia Dei

Providentia est actio qua deus res creatis invigilat. Hanc providentiam negarunt olim Epicurei Stoici omnia fatali necessitati subjacere arbitrantes nunc negant deistæ qui volunt deum minime curare de creatis quia inquiunt turbet felicitatem ejus nec nostra consideratione trahatur & passio

Agnoscenda est in deo providentia

Prob. Ideo enim cognoscenda est quia rebus a se creatis perpetuo invigilat atqui deus & si enim non invigilaret vel 1o quia non posset vel quia nollet atqui deus potest et nulli potest ille ne potest atqui deus & est enim summe intelligens et summe potens ergo & 2o. vult ideo enim deus nollet quia supremam dedecet illius majestatem atqui non decet & nam non dedecuit ea creare que sunt atqui non magis dedecet iis invigilare quam & ergo &

Actio dei relative ad creaturas duplex est una que versat circa earum existentiam altera que versat circa earum actiones 1a dicitur conservatio 2a concursus de iis seorsim agendum est.

De conservatione

Conservatio spectari potest vel relative ad deum vel relative ad creaturas conservatio spectata ad deum est actio qua res influxus perseverant in existentia spectata relative ad creaturas est passio est enim perseverantia in existentia accepta

Conservatio ex parte dei duplex est directa et indirecta 1a est qua deus removet obstacula quae rei nocere possunt 2a quae in rem ipsam influit. Conservatio directa duplex est positiva et negativa conservatio directa negativa est non annihilatio rei. Conservatio vero positiva est continuus influxus dei in creaturam. Conservatio directa positiva duplici sensu intelligi potest vel eo quod actio dei sit continua creatio tot vicibus repetita quot sunt instantia in duratione creaturarum vel eo quod deus unico et eodem actu decernat existentiam creaturarum tota earum quae perseveratione in existentiam accepta ut decreto divini

Agnoscenda est in deo conservatio directa

Prob. ea enim adm. si sufficit indirecta atqui non ... nam conservatio indirecta consistit in eo quod removeat obstacula quae creaturis nocere possunt atqui non sufficit ... si enim nulla sint obstacula quae ... non sufficit atqui nulla sunt ... nam obstacula deberent efficere ut creatura transirent ab ente ad non ens atqui nulla sunt ... ad hoc enim requirit summa potentia quae soli deo competit

Pariter admittenda non est conservatio positiva et directa, eo sensu quod est actio continua tot vicibus repetita potest potest enim unico actu simplicissimo deus efficere ut creaturae existant et perseverent in in existentia accepta tota suae durationis tempore

Quaeritur igitur creaturae conservent eo sensu positivo quod unico decreto jugiter ipsis influat existentiam adeo ut desinant existere cum desinit vis illius decreti, non vero negativo eo sensu quod creaturae ex se ipsis perseverent in existentia semel accepta absque nullo influxu ex parte dei adeo ut requiret actus positivus ut annihilentur

Propositio creaturae conservant positive

Prob. illae conservant positive quibus jugiter et perpetuo deus existentiam influit atqui deus ... enim ... vel creaturae ex se ipsis perseverent in existentia accepta atqui non ... nam non daretur effectus sine causa atqui si ... daretur effectus ... Nam illa perseverantia esset effectus atqui esset sine causa si enim haberet causam vel deus vel creaturae atqui nec nec 1o non deus negative enim se habet ut supponit in tota durationis creaturarum decursu 2o non creaturae si enim ... in ... sequentibus non non minus sunt contingentes et indifferentes ... ergo

Et certe illa conservant positive quae in instantibus primum subsequentibus vi decreti ... sunt atqui creaturae ... illae enim existunt vi decreti divini ... modo decretum divinum non solum primum sed etiam omnia instantia complectitur atqui decretum divinum ... vel ... vel enim complectitur vel ab iis abstrahit atqui non ... tum quia adeo ... tum quia deus creando ... ut creaturae existant vi decreti sui tota durationis decursu

Et vero vel creaturae conservant a deo vel possunt vel possunt esse ipsis in existentia semel accepta perseverante atqui non possunt ... ~~illae ... indiffe~~ enim possent quia essent indifferentes circa existentiam ... non existentiam atqui ... haec enim indifferentia efficit ut creaturae cum sunt passivae ad existentiam possint determinari ab aliqua causa ... quod possint esse aeque existere quod non existere ergo ...

Et certe vel creaturae conservant positive vel negative atqui non negative nam in conservatione negativa tantum creaturae non annihilant atqui falsum est sic conservari creaturas ... tantum non ...

Nam creaturae vere et proprie conservarent atqui non vere et proprie ... si sic conservarent tantum non ... non magis enim vere et proprie conservarent creaturae eo quod non annihilarent quam subditi vere et proprie a rege conservarent eo quod non destruerent ab ipso, atqui non ... a pari ...

Praeterea debemus deo gratias agere non tantum propter creationem sed etiam propter conservationem atqui si negative tantum conservamur ... nullus ... Nam si negative tantum ... solum modo non annihilaremur atqui ex eo quod non annihilemur non ideo gratias deberemus ... Nam non debent creaturae gratias rependere propter conservationem nisi quia conservat

novum esset semper beneficium atqui non annihilatio non est novum b. Ideo enim esset b.
quia in illo casu Existentia non auferret atqui ex eo quod non auferret non ideo b non
magis enim Existentia est novum b ex eo quod b quam possessio nummi data esset novum
beneficium eo quod non auferret atqui possessio nummi dati non esset b eo quod b ergo.
Deinde illa assertio non est admittenda quae nec parum imminuit et labefactat creaturarum a
deo dependentiam atqui si negative tantum b. Nam si negative tantum conservarent creatura
est se ipsius existentia in tali autem doctrina aliquo absoluto influxu ex parte dei atqui hoc posito vix
concipitur quomodo creaturae dependeant a deo tum enim tantummodo possunt dependentes a deo cum
ipsi debent suam Existentiam in uno quod instanti durationis suae atqui posito quod b creaturae
non amplius si conspicient b quinimmo si per impossibile Deus non existere nihilominus cre
aturae Existerent in hac hypothesi ut patet quod sint independentes quoad perseverantia in Existentia ergo b.

Obj. Illae non indigent conservatore quae ex se possunt perseverare in existentia atqui creaturae
possunt b ergo neg min

Prob. min vel creaturae possunt b vel ex se ipsis tendunt ad nihilum b atqui creaturae non ex se ergo

125c si enim repugnaret vel ex parte dei vel ex parte hominis atqui neque neque et 1º quidem non ex parte dei repugnat si enim vel omnipotentiae ejus vel bonitati repugnaret atqui neque neque et 1º quidem non repugnat ejus omnipotentiae ideo enim quia non posset in aeternum homines conservare et in aeternum cruciare atqui potest utrumlibet 1º quidem potest eos in aeternum conservare si enim non major requiritur potentia in instantibus aeternum fluentibus quam in uno potest atqui non negandum ergo 2º potest in aeternum cruciare supplicium enim potest parare quod semper producat effectum per totam aeternitatem ignem scilicet illum inextinguibilem quo cruciabuntur impii ergo 2º non repugnat ipsius bonitati nam deus infligendo injustis poenam aeternam reddit ipsis quod debitum est sed qui rependit quod debitum est non detrahit suae bonitati non magis enim quam judex applicando reum supplicio ipsi debito atqui judex nihilominus est bonus ergo 2º aeternitas poenae non repugnat ex parte hominis ideo enim repugnaret quia nulla est proportio inter poenam aeternam et culpam momentaneam atqui adest proportio ut patet adversariis contrarium demonstrantibus inter ea enim adest proportio quae sunt simul infinita atqui culpa et poena sunt enim gravitas offensae desumenda sit a dignitate personae laesae et a vilitate personae offendentis crescitque pro dignitate unius et vilitate alterius cum deus sit infinitus et creatura nihil tunc culpa est infinita atqui gravitas offensae desumitur a persona enim laesa includitur in offensa ergo.

Etenim adest proportio inter injuriam infinitam et poenam infinitam si ergo poena non posset esse infinita nisi ratione durationis aderit proportio inter culpam et poenam atqui poena infinita injustis impendenda non potest esse infinita nisi ratione durationis nam non potest esse infinita nisi ratione durationis aut intensitatis atqui poena non potest esse ratione intensitatis ea enim non potest esse cujus subeundae incapax est creatura finita atqui subeundae poenae infinitae intensive incapax est ergo.

Praeterea ideo non adesset proportio quia deus teneretur proportionem instituere inter durationem delicti et poenae atqui deus non tenetur non magis enim deus tenetur quam terreni judices atqui non tenentur et non instituunt saepe enim damnant ad perpetuas triremes et mortem propter culpam uno instanti perpetratam.

Etenim injuria deo illata tanta est ut major nec esse concipi possit ut ergo poena sit ipsi proportionata tanta esse debet ut nec major esse concipi possit atqui nisi esset infinita ratione durationis et ultra tanta non esset ergo.

Obj. 1º aeternitas poenarum repugnat ex parte dei deus est enim est summe bonum atqui ex parte entis summe boni repugnat aeternitas ergo.

Neg. min. deus non est unice bonus est etiam justus legislator sapiens proinde que non soli bonitati consulere debet sed etiam his aliis attributis atqui postulant quod constat non repugnat postulant enim ista attributa ut delicta sua poena plectantur illaque non sit culpa minor postulant ergo ut aeterna impendatur poena culpae infinitae ergo.

Obj. 2º ideo deus posset injustum mandare supplicio aeterna quia mallicia peccati esset infinita atqui mallicia peccati non est ergo.

Prob. min. omnia peccata non sunt aequalia sed si mallicia peccati esset infinita omnia peccata essent aequalia ergo.

Dist. min. si mallicia peccati esset infinita sub omni respectu conc. min. si mallicia peccati sit tantum sub aliquo respectu infinita neg. min. et sic dist. consequens.

Atquidem si mallicia peccati esset infinita sub omni respectu omnia peccata essent aequalia sed si tantum sub aliquo respectu unum potest esse gravius altero nam peccatum sub aliquo respectu infinitum erit gravius peccato sub uno tantum respectu infinito porro mallicia peccati non est sub omni respectu infinita sed sub eo tantum sub quo ordinem dicit ad personam infinitam ergo.

Inst. si poena aeterna ideo possit rependi peccato quia ejus mallicia est infinita culpa levissima pateret poena aeterna puniri atqui repugnat puniri culpam levissimam aeterna ergo.

Neg. min. cum enim culpa levissima laedat personam infinitam sub hoc respectu potest puniri poena aeterna adhuc enim proportio inter poenam et culpam dummodo illa poena levis sit pro levitate culpae ergo.

Ideo Æternitas pænarum non repugnaret quia culpa mereretur pænam æternam aliquatenus mensuratam ergo, neg. min.

Prob. min. culpa etsi infinita non meretur nisi pænam intensive infinitam, si ergo pæna æterna sit major pæna intensive infinita jam culpa non meretur pænam æternam, atqui pæna æterna est major pæna intensive infinita quæ esset momentanea ergo, neg. min.

Prob. enim illa est major quam quilibet homo vellet pati quam pænam æternam, sed quilibet homo mallet subire pænam intensive infinitam quam &c. ergo.

Neg. maj. ergo ad quilibet homo subire mallet &c. nam inde sequitur et inde sequitur quod nemo concipiat quæ sit pæna intensive infinita si semel cognosceremus & nullus esset qui non mallet subire pænam æternam quam infinitam sive infinitam quia pæna æterna quantacumque sit pro nihilo reputatur relative ad pænam infinitam, neg. quis non mallet per totam vitam experiri levissimum dolorem quam diris simis cruciatibus per paucos dies torqueri idem est relative ad pænam infinitam, respondent adversarii nullam esse proportionem inter culpam momentaneam et pænam æternam, ponitur dicentes nullam esse proportionem inter pænam finitam et infinitam imo pæna finita pro nihilo reputatur si conferatur cum pæna infinita, &c.

Articulus 3us

De affectionibus Animæ

Præcipuæ animæ affectiones sunt ideæ, sensationes, volitiones, reminiscentiæ et de sensationibus jam diximus, in logica quædam etiam de ideæ proprietatibus nunc dicendum de idearum natura et origine ac de voluntatis exercitio.

Ideologia seu sermo de intellectu de natura et origine idearum

hanc quæstionem celeberrimam reddiderunt Mallebranchii et Alrandi contentiones earum sunt exponendæ et cui parendum sit videbimus

Sententia Mallebranchii

1º contendit Mallebranchius ideas esse entitates animæ superadditas et ab ea distinctas, quadruplicem modum admittit quo res cognoscuntur 1º quædam noscuntur in se ipsis v.g. Deus in alio ente enim non potest cognosci et patet quod non possit ab alio repræsentari ente cum sit infinitum. 2º aliæ cognoscuntur per conjecturam sic cognosco proprietates aliorum spirituum per proprietates mei spiritus propter analogiam quam cæteri spiritus habent cum meo. 3º aliæ cognoscuntur per sensum intimum, sic cognosco animam meam quia conscia est de sua existentia. 4º aliæ cognoscuntur per ideam seu repræsentationem

2º contendit non esse confundendam ideam cum perceptione idea est illa entitas objectorum repræsentatrix, perceptio vero est sensus animæ quo conscia est de præsentia illius entitatis

3º vult Mallebranchius illas ideas objectorum repræsentatrices esse ipsammet ideas divinas, sæpe enim vult providere omnia objecta in essentia divina non equidem sicuti est sed sicut est participabilis a creaturis quælibet autem creatura participat secundum similitudinem illius essentiæ, nam Deus continet omnia in sua essentia cumque animæ nostræ sint in eo immersæ in ipsa vident omnia

4º vult Mallebranchius attentionem esse causam præsentem quæ eum allicit ad eam illuminandam taliter licet autem omnia in Deo videamus ipsius tamen substantiam non videmus, ut patet quod illa visio solis beatis conveniat.

5º omnia quæ videmus in Deo sunt spiritus, entia abstracta, corpora, veritates mathematicæ et metaphysicæ 1º videmus spiritus essentia enim divina est eorum repræsentatrix quinam tamen nostrum videmus 2º videmus corpora essentia enim divina ea omnia continet non quidem formaliter sed intelligibiliter nempe continet ideas imagines etiam rerum corporearum habet ideam extensionis infinitæ quæ vocat extensionem intelligibilem hanc extensionem Deus nobis communicat et sic videmus corpora in Deo. 3º videmus entia abstracta omnia enim entia cognoscit Deus sicuti istam ideam nobis communicat non quidem entium sicuti sunt sed tantum sub ratione entis 4º videmus in Deo veritates mathematicas, veritates enim illæ sunt relationes æqualitatis aut inæqualitatis inter plures quantitates has perfecte noscit Deus quasdam nobis communicat 5º videmus veritates metaphysicas et morales veritates enim illæ sunt relationes æqualitatis aut inæqualitatis perfectionum inter entia has apprime cognoscit Deus et quasdam nobis communicat sicque omnia videmus in Deo.

Sententia Alrandi

Contendit Alrandus ideas nostras esse objectorum repræsentatrices, sicuti enim inquit essentia divina est omnium repræsentatrix ita anima nostra quæ illam virtualiter participat est quodammodo repræsentatrix, unde ideæ non sunt entitates ab ea distinctæ sed sunt modalitates ipsius, seu ipsa anima tali modo modificata juxta ipsum non est distinctio realis inter perceptionem et ideam, seu perceptio et idea sunt una et eadem animæ modalitas objectorum repræsentativa, est tamen distinctio virtualis, seu considerari potest idea prout est repræsentatrix objectorum et tunc dicitur idea vel quatenus dicit ordinem ad mentem illius conscium et tunc dicitur perceptio unde in cognitione 3a sunt tantum distinguenda facultas objectum et idea juxta Mallebranchium vero quatuor sunt distinguenda facultas objectum idea perceptio

Propositio 1a.

Rejiciendum est sistema mallebranchii

Prob. Illud est rejiciendum ex quo sequitur nos videre deum intuitive in hac vita atqui ex sistemate &c
127 nam juxta illud omnia videmus in essentia divina atqui si omnia videremus &c. jam videremus intuitive tamen non
videmus deum intuitive quando videmus omnia in essentia quam videmus speculum intuitive quando in eo
objecta cernimus atqui videmus speculum &c ergo &c

Et certe ideo non videremus deum intuitive omnia videndo in essentia divina quia non videremus
deum nisi secundum esse suum relativum non vero absolutum atqui etiamsi &c nam ex quod non
videamus deum secundum suum absolutum inde sequitur quod non videamus deum adequate et compre
hensive, atqui et ex quod non videamus &c comprehensive, non inde sequitur quod ipsum non videamus
intuitive non magis enim sequitur &c quam sequitur sanctos in celis non videre deum intuitive
ex quod non ipsum videant adequate et comprehensive atqui ex eo quod sancti &c ergo &c

Prob. 2a illa sententia non est admittenda que non solvit difficultatem ad quam solven
dam inventa est atqui illa sententia non solvit &c nam difficultas solvenda est modus quo habea
mus ideas rerum corporearum atqui non solvit &c nam juxta illud ideae rerum corporearum consi
stunt in eo quod deus continendo imagines rerum omnium et ideam extensionis infinite nobis communi
cat de hac extensione intelligibili per quam habemus ideam objectorum atqui hoc modo non solvi
tur &c si enim non magis concipitur quomodo deus habeat imagines rerum corporearum quomo
do que nobis communicet de sua extensione intelligibili quam concipitur quomodo anima habe
at ideam objectorum sensibilium, hoc modo non solvitur &c atqui non magis concipitur &c ergo &c

Obj. Omnes ideae nostrae existunt in deo vel enim sunt &c vel sunt modalitates anime atqui non sunt &c ergo &c
Prob. min. sic idea infiniti atqui illa idea non potest esse modalitas anime ergo &c
Prob. min. si deo infiniti esset modalitas &c illa posset representare infinitum atqui non potest &c ergo
Prob. min. illa non potest representare nisi quod continet, atqui illa non continet infinitum ergo non potest &c
Dist. maj. illa &c nisi quod continet objective aut formaliter conc. maj. nisi quod continet formaliter
neg. et dist. minor &c
Equidem anima non potest &c nisi quod continet objective aut formaliter sed necesse non est
ut illud contineat formaliter, sic deus etsi non contineat formaliter extensionem, habet ta
men ideam extensionis, sic in tabella pinguntur objecta que non continet formaliter, pariter illa
non continet &c sed continet infinitum objective. ut enim contineat &c sufficit ut infinitum sit re
presentabile anime vero facultates sint representatrices atqui &c ergo &c

Propositio 2a

Sistema arnaldi aptius videtur ad explicandam idearum originem

Prob. Illud enim aptius &c. cujus principia sunt rectae rationi consentanea, atqui principia arnaldi sunt &c nam
haec sunt &c 1o quod anima nostra sint representatrices objectorum 2a quod ille representationes sint
in anima nostra 3o quod sint ejus modificationes atqui hae 3es vera sunt 1o quidem anima nostra sunt representatrices
objectorum nam deus habet virtutem omnium objectorum representatricem atqui tam illa nostra habet quan
dam &c quam deus omnis ideae enim anima nostra non tam &c quia deus esset infinitus anima vero
nostra finita atqui etiamsi &c ex eo enim non sequitur animam non habere objectorum quandam
dam virtutem representatricem ex quo sequitur tantum deum habere virtutem infinitam in representan
do animam vero finitam atqui ex eo quod &c ergo &c 2o representationes anime sunt in ipsa illa, vel enim
sunt &c vel in ente ab ipsa distincto, atqui non sunt &c si enim essent &c essent in deo atqui ut probavi
mus contra mallebranchium non sunt in deo ergo &c 3o illa representationes sunt ipsius modificationes
vel enim sunt &c vel sunt substantiae atqui non sunt &c nam anima est phisice simplex atqui si &c non
esset &c tunc enim non esset &c quandoquidem tot essent in ipsa partes quot essent in ipsa representationes
distinctae atqui si &c tot essent &c ergo &c

Discrimen tamen aliquod ponendum est inter perceptionem et ideam idea enim est representa
tio objecti atqui perceptio non est representatio objecti nam perceptio est actus mentis ideas contemplan
tis atqui actus ille non est representatio &c qui enim presupponit representationem non est for
maliter representatio atqui actus ille presupponit sicuti visio imaginis in tabella depictae
presupponit jam imaginem depictam ergo &c

Propositio 3a

Ita non producit suas ideas sed eas praecise recipit a deo

Si enim eas produceret vel ideas objectorum antea ignotorum vel cognitorum adquireret; atqui 1o quidem non potest efformare ideam objectorum ignotorum non magis enim potest anima quam pictor potest in tabella repraesentare imaginem objecti incogniti; atqui pictor non potest. 2o non potest ideas objectorum ante cognitorum si enim mens objecta cognovisset ante ergo eorum habuisset ideam; atqui mens non potest siquidem objecta non possunt cognosci nisi per ideam ergo etc.

Et ante mens eodem modo suas ideas recipit quo sensationes atqui sensationes recipiendo passive se habet nec eas producit; ergo a pari.

Obj. Mens per meditationem et reflectionem innumeras ideas abstractas sibi comparat; ergo eas producit. Neg consequentiam potest mens sibi comparare ideas abstractas et passive se habet in suis ideis percipiendis; cum enim mens ideas abstractas habet attendit potius ad unam ideam quam ad alteram praescindit a quibusdam proprietatibus per ideam repraesentatis comparit eas ac decomponit atqui mens potest haec omnia efficere et tamen non producere suas ideas haec enim efficiendo jam ideis jam formatis ergo etc. deinde anima propter suam attentionem desiderium aut voluntatem aut meditationem alias habeat ideas non eas a se sed a deo habet sicuti motus corporis quibus vim consequenter ad ejus volitionem atqui hoc posito illae ideae non adsunt in anima tanquam a causa efficiente sed tantum oriuntur ab ejus meditatione et attentione tanquam ab occasione.

Quaeritur unde originem ducant ideae

Circa hanc quaestionem varia est philosophorum opinio alii sentiunt ideas esse animi a sensibus ablatas, vel a reflectione in ideas ope sensuum comparatas alii contendunt eas animi ab objectis externis ... cartesiani autem tradunt esse in nobis ideas innatas in natis congenitas et a primo creationis instanti mentibus nostris a deo impressas.

Propositio 1a

Certum non est dari ideas innatas

Prob. Illud non est certum quod legitima fundamenta non nititur atqui nulla tamen idea dari ideae innatae quia anima essentialiter cogitaret proindeque a primo creationis instanti ideas haberet atqui istud fundamentum non est legitimum 1o enim non est animam essentialiter cogitare certum est tantum eam esse praeditam facultate cogitandi 2o etiamsi essentialiter cogitaret non inde sequeretur ad hoc quod haberet ideas innatas duplex est enim cognitionis species scilicet sensus et reflexio, potuit ergo a primo instanti una cognitione donari et non altera.

Et certe si darentur ideae innatae earum conscientiam haberemus atqui non habemus etc. nunquam enim potuerimus cum cartesianis arbitrari infantem in utero inclusum conscientiam habere quarumdam idearum v.g. dei bonitatis justitiae etc. nec nos ipsi recordamur tales olim ideas ante nativitatem habuisse ergo etc.

Hoc tamen sensu dici potest esse ideas innatas quod ita contineat in se principium harum idearum seu esse ideas innatas radicaliter, sicuti arbor continet in se germen fructuum quas postea producet adeo ut ille fructus sint arbori naturales et non indigeant nisi cultura ut successu temporis effundantur ita ideae quaedam sunt unicuique homini naturales v.g. justi et injusti virtutis et vitii quae nonnisi ... meditatione et attentione ut paulatim se se explicent.

Propositio 2a

Sunt ideae quae nullo modo oriuntur a sensibus

Prob. sunt v.g. ideae dei, virtutis vitii etc. atqui illae ideae nullo modo oriuntur a sensibus, vel proxime vel remote atqui neque etc. 1o quidem non oriuntur proxime nam ut illae ideae oriuntur proxime a sensibus requireretur ut consequenter ad sensuum impulsum et organorum commotionem in animam imprimerentur; atqui absurdum est illas ideas etc. ergo etc. 2o non oriuntur a sensibus remote idea enim remote veniunt quia reflectendo in ideas sensuum ope comparatas acquiruntur; atqui non possunt etc. illae enim non possunt etc. inter quas et res sensibiles earum quae ideae ... nullus est ordo nulla quae relatio; atqui inter ideas dei virtutis et vitii et rerum sensibilium ideas nulla est etc. ergo.

Et certe illae non oriuntur a sensibus quarum informationi potius obsunt sensus quam prosunt at
129 qui harum idearum informationi obsunt illi enim potius obsunt quibus rerum indoles est ut recta
habeatur idea atqui sensibus renunciandum est ergo etc.

Cognitis natura et origine idearum nunc agendum est de ideis sigillatim sumptis et per abstrac-
tionem consideratis 1a est idea Entis in genere. scientia quae de ipsa tractat ontologia nuncupatur

Ens in genere est id quod existit aut existere potest. illius idea comparatur abstrahendo
a contemplatione omnium aliarum proprietatum et attendendo ad solam rationem Entis.

2a est Idea essentiae essentia est id quo res constituitur in quo esse illius habetur Idea cum ad possibi-
litatem solam mens attendit, quae possibilitas consistit in attributorum compatibilitate nullatenus
vero a decretis est repetenda divinis. efficere enim non potest deus ut attributa incompatibilia
a fide compatibilia aliquam impossibile efficere possibile

3a est Idea existentiae existentia tam clare per se patet ut definiri nequeat. illius idea habe-
tur cum nec lectis aliis entis attributis sola ipsius extraneitas positio attenditur unde exi-
stentia potest praescindi ab essentia quatenus ens potest considerari ut existens non considerando
ejus essentiam pariter essentia potest praescindi ab existentia quatenus mens attendit ad attribu-
torum compatibilitatem non attendendo ad eorum consistentiam

4a est Idea substantiae. substantia est id quod per se subsistit nec indiget altero cui inhaereat
illius habetur Idea si sola entis per seitas attendatur

5a est Idea accidentis seu modi. modus autem est id quod indiget inhaerere subjecto ut
existat illius habetur Idea abstrahendo a subjecto in alietatem considerandam. Modus duplex est
alius absolutus alius relativus absolutus modus ille est qui rei intrinsecus est v.g. talis figura mo-
dus relativus ille est qui aliquid extrinsecum respicit v.g. similitudo inter 2 parietes. modi relativi
vocantur relationes relatio est ordo unius ad alterum tria sunt ipsa consideranda subjectum
terminus et fundamentum subjectum relationis illud est quod refertur ad aliud v.g. filius qui refertur ad pa-
trem. terminus relationis est illud ad quod aliud refertur v.g. pater ad quem refertur filius [illegible]
subjectum et terminus vocantur in dya correlata fundamentum illud est propter quod unum
refertur ad aliud v.g. generatio fundamentum est relationis filii ad patrem relatio duplex est rea-
lis et mentalis realis ea est cujus subjectum et fundamentum existunt a parte rei v.g. relatio filii
ad patrem mentalis ea est cujus subjectum et fundamentum existunt tantum in mente v.g.
relatio generis ad genus

Relatio dividitur etiam in formalem et materialem materialis est compatibilitas termi-
ni et subjecti seu referibilitas unius ad alterum v.g. similitudo utriusque parietis albi relatio
formalis est eorum comparatio actualis

Queritur utrum modi tum absoluti tum relativi sint Entitates substantiis superadditae circa
hanc quaestionem quidam philosophi peripatetici contendunt modos esse Entitates subjectis su-
peradditas propriam quae existentiam habentes cartesiani contendunt modos nihil aliud esse
praeter ipsum subjectum modificatum cum ipsis sit contra peripateticos

Propositio 1a

Relationes non sunt Entitates correlatis superadditae

Prob. nam ex axiomate non sunt multiplicanda entia sine necessitate atqui si relatio-
nes enim multiplicarentur Entia quando possunt concipi illae relationes absque Entitatibus
atqui concipiuntur cum concipiuntur relationes, cum concipiuntur subjectum terminus et fun-
damentum atqui absque ulla Entitate concipiuntur ergo etc.

Et certe absurdum est produci et destrui singulis instantibus innumeras Entitates atqui si rela-
tiones essent etc. si enim dealbaretur v.g. murus paries iste statim crearentur innumerae Entitates prop-
ter relationem similitudinis aut dissimilitudinis cum aliis et destructa illa albedine innume-
rae Entitates destruerentur ergo etc.

Propositio 2a

Modi absoluti non sunt Entitates superadditae subjectis

Pr. Modi absoluti sunt vel spirituales vel corporales atqui 1um utrumque liquidem modi spiri-
tuum non sunt. tum absurdum est spiritus esse compositos, atqui si essent modi essentiales
enim essent compositi quando constarent substantia quod essent in ipsis modi distincti

atqui si & ergo 2.º modi corporum non sunt & sit v. g. figura talis qua dicatur mar non facere sedi o
rem partium atqui illa non est & illa enim non est Entitas & qua consistit in mera negatione extensi
onis talis, mera quae Entitatum substractione atqui hac figura consistit in mera ergo &c

Et de modis corporum alis aliis, sunt varia continuatione atqui ille non sunt totidem Entitates
nam ille varie continuationes nihil arguunt preter status varios varias quae illarum partium di
distantias atqui diversitates partium status non distantiarum quae non sunt totidem Entitates
non magis enim diversitates statuum et distantiarum in partibus corporis partibus sunt & quam diver
sitates statuum et distantiarum unius corporis relative ad alia corpora sunt Entitates illi supera
ditae atqui diversitates & unius corporis & non sunt & nam si diversitates statuum et distantiarum
unius corporis relative ad alia corpora essent & dicendum esset atomorum minimum corporis
creari et destrui innumeras Entitates; atqui absurdum est & ergo &c

De idea spatii dictum est ubi jam de immensitate Dei et de idea temporis ubi de Aeternita
te hac ne repetantur eadem modo habetur idea loci ac spatii locus enim non distinguitur a
spatio nisi sicuti pars a toto.

Nunc de Idea finiti, et infiniti. finitum est illud quod augeri aut imminui potest infi
nitum vero illud est quod augeri aut imminui non potest; idea finiti habetur per negationem
ipsius infiniti si enim spectetur quatenus est negatio non potest per seipsam cognosci negatio
enim per se ipsa non cognoscitur habetur autem idea infiniti si attingamus aliquid ita plenum
et perfectum ut nec augeri nec imminui possit.

De idea ~~entis~~ identitatis identitas intercedit inter ea quae sunt una et eadem res duplex est
specifica et numerica specifica ea est quae intercedit inter ea quae sunt ejusdem speciei v. g.
inter petrum et paulum identitas numerica ea est quae in rem unicam cadit numerum non faciens sic
anima petri eadem est numerice hodie ac heri utraque haec species identitatis adhuc duplex est
phisica et moralis. Identitas Phisica ea est quae in iis reperitur quae in eodem statu absque ulla
mutatione permanent identitas moralis reperitur in iis quae etsi mutationem passa sint tamen
insensibilem et qua discrimen reale differentiae non videatur

hucusque egimus de ideis abstractis seu totalibus simplis nunc agendum est de iis generalim seu
Entia abstracta quae etiam vocantur Entia Logica sunt ea quorum mens solum naturam effingit
vi abstractionis totalis sic v. g. mens in individuo multa considerat quidem quid ipsis sit commune quid si
quidem quod ipsis commune est vocatur species seu natura; hanc speciem iterum examinat
videt quid habeat cum aliis speciebus commune et quid dispar, unde 3.º possimus sum Ens
tia Logica species genus et differentia

Species est illud universale quod pluribus individuis convenit; genus est pars speciei commu
nis per quam cum aliis convenit differentia est pars speciei specialis per quam ab aliis dis
tinguitur v. g. in hoc natura humana speciem constituit Animalitas est genus et rationa
litas differentia

Entia Logica veteribus dicta sunt universalia universale autem est unum pluribus speciebus vocantur
etiam gradus methaphisici 1.º gradus quia sunt alia aliis universaliora et per ea possumus perve
nire ab individuo ad supremum genus et vicissim 2.º dicuntur methaphisici quia naturam
constituunt

Duplex est quaestio circa Entia Logica 1.º an illa possint Existere alias in aliis v. g. genus sine
differentia aut differentia sine genere 2.º in hypothesi quod forent inseparabilia an sint totidem Enti
tates reales subjectis superadditae de primam quaestionem pro responsione sit

Entia Logica seu abstracta existere nequeunt alia sine aliis
                                    inseparabilia.
Prob. si Entia Logica possent & genus posset Existere absque differentia et differentia absque genere
atqui neque 1.º quidem genus non potest existere absque differentia nam si & aliquid absque illo modo
existendi existeret, atqui nihil potest existere absque illa & Existere enim absque ullo modo et non Existere
est quid unum et idem 2.º differentia non potest Existere absque genere si enim Existeret absque ge
nere Existeret per se atqui differentia non potest & si enim Existeret per se esset substantia atqui differentia
non potest dici & substantia enim est genus ergo &

hinc dirimi potest quaestio famosa quae scindit scotistas et thomistas, an scilicet existat universale a
parte rei. scotistae affirmant dari universale a parte rei thomistae negant sed tantum dari per intellec
tum.

131 Sciendum est dupliciter ab iis distingui unitatem indiversitatis et indistinctionis unitas indiversitatis est unitas similitudinis inter plura v.g. natura humana est una unitate indiversitatis quia est similis in singulis; unitas indistinctionis est unitas identitatis v.g. natura divina est una in tribus personis unitate indistinctionis quia est eadem in iis. thomistae ad universale instituendum requirunt unitatem indistinctionis sufficit vero scotistis unitas indiversitatis Propositio 1a.

Propositio 1a

Non datur universale a parte rei ad sensum thomistarum

Prob. Nam universale a parte rei ad sensum thomistarum esset unum indistinctum aptum inesse multis et de iis praedicari; atqui non datur nam si daretur unum esset una natura insita pluribus individuis et tamen non distincta; atqui non datur nam natura insita petro v.g. est distincta a natura insita paulo ergo

Propositio 2a

Datur universale a parte rei ad sensum scotistarum.

Prob. nam universale a parte rei ad sensum scotistarum esset unum indiversum aptum inesse multis, et de iis praedicari atqui datur unum indiversum nam unum indiversum aptum inesse multis est natura pluribus individuis insita et tamen non diversa atqui datur natura; natura enim quae est in petro non est diversa sed similis et quae insita est paulo ergo

Unde dissidium inter thomistas et scotistas facile dirimetur si recta habeatur ratio unitatis unitas autem sola indistinctionis est vera unitas vera est enim unitas quae excludit multiplicitatem porro sola unitas indistinctionis excludit multiplicitatem. unum enim est quod idem est et non multiplex

Quaestio 2a utrum detur quae distinctio realis inter gradus methaphisicos

Distinctio est negatio identitatis v.g. ea distinguuntur quae non sunt quid unum et idem, sed quae sunt plura non est confundenda distinctio cum diversitate v.g. duo ova non [illegible] sunt distincta et non diversa non est etiam confundenda cum separatione v.g. corpus et [illegible] distinguuntur realiter nec tamen separantur Distinctio scilicet est negatio unitatis, separatio est negatio unionis, diversitas est negatio similitudinis

Distinctio duplex est realis et mentalis; distinctio realis ea est quae intercedit inter ea quae in se ipsis et independenter a mentis operatione plura sunt haec triplex est realis major, minor et minima distinctio realis major ea est quae intercedit inter duas substantias realis minor ea est quae intercedit inter substantiam et modum, realis minima ea est quae intercedit inter plures modos.

Distinctio mentalis ea est quae non existit a parte rei sed tantum in mente nostra seu quae intercedit inter ea quae licet unum sint ut plura a mente concipiuntur haec vocatur virtualis si fit quae aut cum fundamento aut absque fundamento fundamentum autem istud est aut intrinsecum aut extrinsecum fundamentum intrinsecum est interna rei capacitas seu aequivalentia eius ad plures distinctas; fundamentum extrinsecum sunt varii effectus quorum occasione mens nostra diversis conceptibus attingit quae habet fundamentum intrinsecum vocatur distinctio virtualis intrinseca quae autem extrinsecum virtualis extrinseca.

Alia tandem est distinctio quam vocant nominalem et ab ea dicuntur nominales ob ea est quae consistit in eo quod res eadem diversis nominibus donetur

Juxta thomistas adest tantum modo distinctio virtualis inter gradus methaphisicos seu gradus metaphisici non sunt entitates subjecto separabiles et realiter distinctae sed sunt subjectum talis ratione modificatum v.g. facultas volendi et intelligendi non sunt realiter distinctae ab anima sed sunt ipsa anima volens et intelligens

Juxta scotistas realis adest distinctio inter gradus metaphisicos, dum enim attingantur conceptibus diversis judicant eos esse totidem entitates realiter distinctas distinctione tamen reali minima,

Juxta nominales nec virtualis nec realis adest inter gradus metaphisicos sed nominalis tantum distinctio in eo posita est quod variis illi modis variis nominibus dicuntur fundamentumque illius distinctionis est pure extrinsecum et repetitur ab effectibus, Propositio 1a

Admittenda non est distinctio realis inter gradus metaphisicos

Prob. nam gradus metaphisici sunt modi essentiales quibus [illegible] consistit atqui non est admittenda sit v.g. sensus intimus animae et animae; atqui non est distinctio realis inter sensum intimum et animam nam sensus intimus refert animae ea quae inter ipsam peraguntur atqui si esset distinctio realis non posset nam si esset distinctio realis esset entitas distincta ab anima atqui si esset entitas distincta ab anima non posset referre non magis enim posset referre animae ea quae in ipsa quam ens ab anima distinctum potest illi referre ea quae in ipsa peraguntur atqui ens ab ea distinctum non potest ergo

Et certe sunt v.g. intellectus et voluntas atqui inter itam intellectum et voluntatem non est distinctio realis nam ita cognoscit per intellectum v.g. uult per voluntatem, atqui si esset distinctio realis non posset anima si esset distinctio realis inter essent Entitates ab ita distinctae atqui si essent non possent nam non posset itaut lequin ab intellectu illuminetur atqui si essent Entitates non posset illuminari non magis enim quam una ita potest in aliam physicae influere atqui una ita non potest ergo

Et certe illa opinio non est admittenda quae non parum imminuit eum momentorum quibus adstruitur simplicitas Dei atqui haec opinio non parum Juxta ipsam enim modi itae sunt tali ter Entitates ab ipsa distinctae atqui si non parum diminuitur tunc enim quando ita posset dici constare ex pluribus Entitatibus realiter distinctis; atqui si posset dici ergo

Praeterea. Ideo adesset distinctio realis inter gradus metaphisicos quia attingerentur conceptibus diversis atqui etiamsi enim una et eadem substantia simplicissima possit attingi conceptibus diversis propter eius aequivalentiam cum pluribus, ex quo quod non inde sequitur atqui una et eadem substantia potest non anima potest considerari ut intelligens volens et judicans atqui anima una et eadem intelligens volens et judicans est simplicissima ergo **Propositio 2a.**

Adest distinctio virtualis inter gradus metaphisicos.

Prob. Inter eos adest quos mens attingit conceptibus diversis atqui mens attingit illos enim attingit quos substantia distinctos ita se invicem attingit atqui mens v.g. mens substanti[am] divinam una conceptu attingit alteri eius judicium altero eius misericordiam ergo **Propositio 3a.**

Non est admittenda distinctio pure nominalis inter gradus metaphisicos

Prob. nam juxta hanc distinctionem modi tantum distinguerentur ob varia nomina propter fundamentum pure extrinsecum; atqui non distinguuntur illi enim non qui fundamentum habent intrinsecum diversitatis; atqui gradi varii habent v.g. judicium distinguitur a misericordia propter differentiam intrinsecam sicuti prudentia a scientia ergo

Obj. inter eas adest distinctio realis qui attinguntur conceptibus diversis atqui gradus metaphisici attinguntur ergo

Dist. maj. qui attinguntur diversis conceptibus positive conc. maj. diversis precisive neg. maj. et sic dico

Itaque conceptus duplici modo diversi sunt positive et precisive conceptus positive diversi sunt quidua Entia positive distincta a nobis exhibent conceptus precisive diversi sunt quibus una et eadem res sub diversis respectibus exhibetur

Atqui etenim qui diversis conceptibus positive attinguntur sunt realiter distincti sed etsi attinguntur conceptibus precisive diversis non idest sunt realiter distincti si enim una et eadem res posset diversis attingi conceptibus non adest atqui una et eadem res ut quae potest considerari ut intelligens et volens quamvis una et eadem semper remaneat pard gradus metaphisici attinguntur sed non positive diversis mens enim cum eos attingit non ut Entia distincta considerat sed tantum ut diversos eius dementis respectus ergo

Sub. atqui et tamen sunt distincti qui attinguntur conceptibus precisive diversis ergo nulla solutio.

Prob. sub. qui attinguntur conceptibus precisive diversis sunt plura sed qui sunt plura sunt realiter distincta ergo

Dist. maj. sunt plura idest sunt plures modi conc. maj. sunt plura Entia neg. maj. et dis. min.

Equidem quae sedem sunt plura Entia ut praediximus pro modo quae plura sunt Entia sunt realiter distincta quia singula propriam habent existentiam; sed plures modi non idest sunt realiter distincti, non enim habent propriam existentiam sunt enim tantum varia attributa eius essentiae eiusdem substantiae proinde quae ab ipsa non distinguuntur ergo

Inst. illi sunt realiter distincti quorum unum non multiplicatur aliis multiplicatis atqui unus ergo

Nego maj. Etiamsi Naam non sufficit ad distinctionem realem pluralitas sed requiritur pluralitas entium positivorum proinde quo distinguerentur realiter illi modi a substantia v.g. requiritur ut multiplicarentur Entia cum ipsi multiplicantur atqui non multiplicantur multiplicantur tantum modestates et respectus unius et eius substantiae ergo

Inst. illi sunt realiter distincti qui distinctam habent Naam atqui modi habent Naam distinctam a natura substantiae ergo

Prob. min. illi habent qui diversi modo definiuntur atqui substantia et modi diversimode

ergo

Nego maj. etiamsi [illegible] requirerentur adhuc ad definitiones ille incompossibilitates forent in eadem substantia quibus quae sese ad invicem excluderent atqui nequeunt ergo.

Inst. juxta nos illi gradus ut distincti concipiantur ergo quatenus concipiantur debent distincti. atqui aliter distincti.

Gradus ming gradus sunt a parte rei concipiuntur ergo ut si concipiantur [illegible] distincti sunt realiter distincti.

Dist. antecedens et concipiuntur conceptu praeciso conc. antecedens conceptu praecisivo neg. antecedens.

Aequidem a sed non sunt ut concipiuntur conceptu praecisivo de quo possumus conceptu praecisivo et sic considerare ens in genere independenter ab aliis [illegible] caracteribus suis et si quae hoc modo attingatur na idea existit a parte rei [illegible] ontologia

De Ethica

Ethica est scientia practica dirigens actus humanos ad honestatem 1°. dicitur scientia demonstrat enim rectitudinem regularum quas tradit 2°. dicitur practica praeceptis enim suis operatur circa actus humanos quos ad honestatem dirigit dicitur etiam alio nomine moralis seu scientia morum mores autem sunt propensiones aut inclinationes habitualis [illegible] et boni sunt si rectae rationi sint conformes, mali vero si difformes

Actus humani sunt ii qui fiunt cum advertentia mentis differunt ab actibus hominis qui fiunt absque advertentia uti in pueris et amentibus

Ethica dividitur in generalem et specialem generalis actus humanos in genere considerat attingit specialis autem eos sigillatim sumptos considerat

Ethica generalis

huyus quinque erunt articuli 1us de natura actuum humanorum 2us de eorum fine 3us de illorum causis 4us de illorum proprietatibus 5us de illorum regulis

Articulus 1us
De Natura actuum humanorum

Volitiones sunt aliquid reale sunt enim status animae proprie dicti

Ille volitiones non sunt totidem entitates animae superadditae ut jam ex probatis constat

Et certe illud dici nequit ex quo plura sequuntur absurda atqui ex hoc plura tenam absurdum est animam non esse activam liberam percipientem et volentem atqui si eyus modalitates essent totidem entitates 1°. quidem anima non esset activa nam illa non est activa quae suas volitiones producere non potest atqui si essent entitates nam si volitiones animae essent totidem entitates essent substantiae atqui si essent substantiae nam ita non potest eas producere nisi per actionem ipsam creatricem atqui talis actionis incapax est anima ergo 2°. non esset libera illa enim non esset libera quae non penderet a [illegible] volitionum productio atqui si essent totidem entitates nam si essent totidem entitates essent substantiae atqui posito quod sint ab ea non pendent ergo 3°. anima non posset dici volens nam anima non potest dici percipiens et volens nisi sit suarum volitionum et perceptionum productrix atqui in hipothesi quod sint a non posset esse ergo

Igitur ac volitiones nihil dicunt praeter animam volentem sicuti cum advenit sensatio animae non ipsi superadditur entitas distincta sed anima status fit talis v.g. dolentis

Articulus 2us
De fine actuum humanorum

Finis est bonum per se gratia cuyus aliquid fit 1°. dicitur bonum quidquid enim appetit [illegible] bonitatem illud appetit si porro nisi esset bonum non posset illud appetere propter bonitatem; hinc voluntas non potest amare malum quatenus malum quia in mala quatenus mala nullam potest videre rationem bonitatis 2°. dicitur gratia cuyus aliquid scilicet cuyus obtinendi media sumuntur homo actibus

homo in actibus suis actibus deliberatis agit propter aliquem finem homo enim semper agit cum reflectione animi et propensione voluntatis quando agit deliberate, sed qui agit cum reflexione [illegible] intendit [illegible] in talibus actibus bonum aliquod medio quo [illegible] assumit ad illud [illegible]

Finis ultimus hominis est Deus

[illegible] ille est ad quem omnia referre necesse est; atqui ad Deum omnia referre nam ad eum ea referri necesse est a quo procedunt omnia atqui a Deo [illegible] ergo [illegible] finis fruitio est hominis beatitudo est autem beatitudo status bonorum omnium aggregatione perfectus

Solus Deus est beatitudo hominis

Probatur 1º quia illi conveniunt omnes conditiones ad objectum beatitudinis requisitae atqui soli Deo conveniunt; hae enim conditiones sunt ut objectum illud sit finis hominis naturalis, ut sit bonum stabile et permanens et perfecte satiare potest omnes hominis facultates atqui solus Deus [illegible] 1º quidem est finis hominis naturalis ex probatis. 2º Deus solus est bonum stabile et permanens, ille enim est [illegible] praeterquam dona sunt fragilia et vicissitudini continuae obnoxia; atqui dona alia bona sunt; ergo. 3º Deus solus potest satiare omnes facultates satiandas; hae sunt intellectus et voluntas; atqui solus Deus potest has; 1º quidem solus potest satiare intellectum, nam satiatur intellectus per objecti cognitionem; atqui per solius Dei cognitionem potest [illegible] satiatur enim intellectus per illius objecti cognitionem quod tantum est ut majus excogitari nequeat; atqui solus Deus est; solus enim est omni genere perfectionum infinitus ergo. 2º solus potest satiare voluntatem nam satiatur voluntas per objecti possessionem; atqui per solius Dei possessionem [illegible] satiatur voluntas per illius objecti possessionem quod ita bonum et perfectum est ut non possit cogitari melius et perfectius; atqui solus Deus est; solus enim Deus est perfectionum et bonitatum aggregatio infinita ergo.

Et certe vel solus Deus est vel aliquod bonum creatum atqui nullum; si enim vel bona fortunae vel honores vel voluptates, vel horum omnium aggregatum; atqui neque neque; 1º quidem divitiae non sunt. Nam objectum beatitudinis hominis debet esse bonum constans et permanens perfecteque satiare omnes ejus facultates; atqui divitiae non sunt; 1º non sunt bonum constans nihil enim est magis caducum; multi [illegible] enim casu fortuito in nihilum dilabuntur. 2º non possunt satiare. Ille enim [illegible] quibus haec potest esse cumulatus et esse miserrimus atqui haec potest; potest enim angustiis animi, anxietatibus circa eorum conservationem nulla pace perfrui, mortis quae continuo affligi; ergo. 2º honores non sunt. Objectum enim beatitudinis debet esse constans; atqui neque neque; 1º non sunt bonum constans; sunt enim vapor ad modicum parens et deinceps exterminabitur. 2º non possunt satiare, nam non satiatur nisi nihil amplius habeat expectandum, et nisi absit timor amittendi boni possessi; atqui haec [illegible] fruens honoribus voluptatibus [illegible] habet aliquid amplius; potest enim expectandas habere divitias, corporis sanitatem, novos honores; ergo. Tandem aggregatum horum omnium non est objectum [illegible] nam beatitudinis objectum debet esse ut supra; atqui horum omnium aggregatum necesse nec 1º quidem non est bonum constans ut supra. 2º non potest perfecte satiare; illa enim non possunt quae semper aliquid aut sperandum aut timendum relinquunt; atqui aggregatum horum bonorum [illegible] sit semper relinquit; ergo.

Articulus III.

De Causis Actuum humanorum

Causa efficiens eorum est anima humana. Hoc constabit si ipsa probetur activa, et sequitur.

Illa est activa quae est ipsa productrix suarum volitionum; atqui anima est productrix [illegible] illa enim est cui testatur sensus intimus eam esse suarum volitionum productricem; atqui sensus intimus testatur; non enim solum testatur eam habere volitiones sed eas habere a se ipsa; ergo.

Et certe vel anima est productrix suarum volitionum vel a Deo in ipsam infunduntur; atqui non infunduntur, nam anima per suas volitiones est meriti aut demeriti capax; atqui si infunderentur per eas enim non esset [illegible] quae fuerint absque ulla determinatione libere; atqui si [illegible]; ergo.

Praeterea illud asserere nequit quo labefactarentur Dei attributa; atqui si ab ipso volitiones [illegible] nec anima in ipsam infunderentur labefactarentur justitia scilicet et sanctitas. 1º justitia; nam Deus esset injustus qui animam incitaret [illegible] per peccatum meruisset supplicii aeterni animam ad volitionem peccaminosam; atqui si infunderet ille animas [illegible] ergo. 2º labefactaretur ipsius sanctitas [illegible] anima quo pacto posset dici auctor peccati; atqui si infunderet; nam inter volitiones animae quaedam sunt peccaminosae; atqui si infunderet Deus istam infunderet [illegible] nulla enim est [illegible] ergo.

Articulus 4us

De proprietatibus actuum humanorum.

132 3a sunt in actibus humanis consideranda voluntarium liberum et moralitas voluntarium illud est quod fit cum advertentia seu cum cognitione intellectus et propensione voluntatis. quod fit contra inclinationem voluntatis dicitur. Quaeritur utrum voluntas possit cogi in suis actibus

Actus voluntatis duplicis sunt generis, eliciti et imperati actus eliciti sunt ii qui immediate proficiscuntur a voluntate imperati sunt ii qui ab alia facultate exercentur ex imperio voluntatis

Resp. voluntas non potest cogi in actibus suis elicitis

Nam actus eliciti sunt ii qui immediate proficiscuntur a voluntate atqui voluntas non potest cogi in iis quidem v.g. actus amoris nam si ita cogeretur in eliciendo actu amoris eum eliceret contra suam inclinationem atqui non potest hoc nam ita non potest simul amare et non amare; atqui si eliceret contra suam inclinationem 1o amaret, siquidem eliceret actum amoris 2o non amaret nam repugnare non est amare; atqui si eliceret contra inclinationem repugnaret ergo

De Libero

Libertas est facultas agendi aut non agendi, huic opponitur necessitas quae est determinatio indivisibilis ad unum immunitas ab hac necessitate efficit libertatem immunitas autem a coactione dat spontaneitatem, coactio autem est vis illata a principio extrinseco in contrarium renitente passo

Libertas triplex est contradictionis contrarietatis et disparitatis libertas contradictionis est facultas eligendi inter duo contradictorie opposita v.g. inter amandum et non amandum libertas contrarietatis est facultas eligendi inter duo contrarie opposita, v.g. inter ~~ambulandum aut studendum~~ amandum aut odio habendum libertas disparitatis est facultas eligendi inter duo disparata v.g. inter ambulandum et studendum

Indifferentia seu non determinatio quae requiritur ad libertatem triplex est activa negativa et passiva

Indifferentia activa in eo est qui potest se ad utrum determinare indifferentia negativa in eo est qui ad neutrum est determinatus Indifferentia passiva in eo est qui potest ab alio determinari Indifferentia activa contradictionis et contrarietatis 1a est determinatio ad eligendum inter duo contradictoria 2a ea est ad eligendum inter duo contrarie opposita

Propositio 1a

Essentia Libertatis consistit in indifferentia activa contradictionis

